This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

13-856

UC-NRLF

$B 159 889

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS

ACTORUM ECCLESIAE

ANTVERPIENSIS

ET EJUSDEM DIOECESEOS STATUS HIERARCHICUS

AB EPISCOPATUS ERECTIONE USQUE AD IPSIUS SUPPRESSIONEM;

LIBER PRODROMUS

TOMO TERTII SYNODICI BELGICI.

LIBRARY
JUN 25 1963
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
BERKELEY

EDIDIT

PETRUS FRANC. XAV. DE RAM,

S. THEOL. ET SS. CAN. DOCTOR, COLLEGII REG. BELGII SOCIUS.

BRUXELLIS,

EXCUDEBAT M. HAYEZ, REG. ACAD. TYPOGRAPHUS.

1856.

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS

ACTORUM ECCLESIAE

ANTVERPIENSIS

ET EJUSDEM DIOECESEOS STATUS HIERARCHICUS

AB EPISCOPATUS ERECTIONE USQUE AD IPSIUS SUPPRESSIONEM;

LIBER PRODROMUS

TOMO TERTII SYNODICI BELGICI.

LIBRARY
JUN 25 1963
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
BERKELEY

EDIDIT

PETRUS FRANC. XAV. DE RAM,

S. THEOL. ET SS. CAN. DOCTOR, COLLEGII REG. BELGII SOCIUS.

BRUXELLIS,

EXCUDEBAT M. HAYEZ, REG. ACAD. TYPOGRAPHUS.

1856.

Digitized by Google

Digitized by Google

ACADÉMIE ROYALE

DES SCIENCES, DES LETTRES ET DES BEAUX-ARTS DE BELGIQUE.

COMMISSION ROYALE D'HISTOIRE.

MM. le baron DE GERLACHE, président;
GACHARD, secrétaire-trésorier;
le chanoine DE RAM;
le chanoine DE SMET;
DU MORTIER;
BORMANS;
BORGNET.

Digitized by Google

EXTRAIT

DU COMPTE RENDU DES SÉANCES DE LA COMMISSION ROYALE D'HISTOIRE.

Séance du 4 avril 1853.

La Commission décide qu'on imprimera, avec une pagination particulière, un travail présenté par M. le chanoine de Ram, sous le titre de *Synopsis Actorum episcopatus Antverpiensis, ab anno 1559 ad annum 1801, seu conspectus tomi tertii* SYNODICI BELGICI.

Les deux premiers volumes de cette importante collection, qui renferment les actes de l'archevêché de Malines, ont été publiés en 1828-1829, in-4°. Le quatrième volume, qui est consacré aux actes de l'évêché de Gand, a vu le jour en 1839. C'est au troisième volume, qui renferme les actes de l'évêché d'Anvers, et qui sera bientôt mis sous presse, que se rapporte le *Synopsis,* formant un tableau chronologique et analytique de l'histoire et de la discipline de ce diocèse.

La Commission apprend, avec une vive satisfaction, que M. le chanoine de Ram, qui, depuis de nombreuses années, a continué de recueillir des documents pour son *Synodicon Belgicum,* ne tardera pas à faire paraître la suite de cette œuvre capitale, et que son travail sur les quatre autres églises épiscopales de la métropole de Malines (Bruges, Ypres, Bois-le-Duc et Ruremonde) est déjà très-avancé.

Le plan général du *Synodicon* est imprimé à la fin de la préface du Ier volume, page XXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISCOPATUS

ANTVERPIENSIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS

ACTORUM ECCLESIAE

ANTVERPIENSIS

ET EJUSDEM DIOECESEOS STATUS HIERARCHICUS

AB EPISCOPATUS ERECTIONE USQUE AD IPSIUS SUPPRESSIONEM;

LIBER PRODROMUS

TOMI TERTII SYNODICI BELGICI.

EDIDIT

PETRUS FRANC. XAV. DE RAM,

S. THEOL. ET SS. CAN. DOCTOR, COLLEGII HIST. REG. BELGII SOCIUS.

BRUXELLIS,

EXCUDEBAT M. HAYEZ, REG. ACAD. TYPOGRAPHUS.

1856.

Digitized by Google

Digitized by Google

BX1526
A5R3

LECTORI S.

Liber hic prodromus tomi tertii Synodici Belgici exhibet synopsim actorum Ecclesiae Antverpiensis, quatuor sectionibus ita distinctam, ut tota Synodici Antverpiensis proxime edendi ratio plane pateat.

Prima sectio est de Synodis dioecesanis, quarum duo priores sub Francisco Sonnio annis 1571 et 1576, tertia vero sub Joanne Miraeo anno 1610 celebratae fuerunt (pp. 1-8).

Digitized by Google

Secunda sectio enumerat Archipresbyterorum seu Decanorum Congregationes quadraginta quinque ab anno 1612 ad annum 1792 habitas ad supplendum Synodorum dioecesanarum vices, idque Antverpiae prout in aliis Belgii dioecesibus maximo cum ecclesiasticae disciplinae emolumento (pp. 9-20).

Sectio tertia recenset Instructiones pastorales, Mandata et Edicta episcoporum, aliaque documenta quibus historia et disciplina dioecesis Antverpiensis illustrantur. Sectionem hanc ab episcopatus exordio usque ad ipsius suppressionem ita disposui, chronologico ordine ut continua sit et integra praesulum Antverpiensium notitia historica (pp. 21-131).

Tribus hisce sectionibus quartam addendam esse duxi, nimirum *Dioeceseos descriptionem* seu delineationem status hierarchici dioeceseos Antverpiensis ab episcopatus erectione usque ad ipsius suppressionem (pp. 133-318). Ad majorem Synodici Antverpiensis dilucidationem accessit haec sectio; etenim magni interest illudque gratissimum esse debet plane cognitum habere statum hierar-

Digitized by Google

chicum dioeceseos in quam episcopi jurisdictio et auctoritas extenduntur. Descriptionem exaravi secundum ordinem schematis BELGICAE SACRAE a me anno 1831 editi [1].

Magnae molis opus SYNODICON BELGICUM cum BELGICA SACRA ab annis jam triginta alacriter aggressus sum, illudque inter continuas rerum aliarum curas atque officii partes fovere et promovere numquam destiti. Utinam, Deo favente, opus hoc ad finem qualemcumque perducere mihi liceat!

[1] *Notice du plan d'une* BELGICA SACRA; *Bulletins de la Commission royale d'histoire*, tom. X, p. 278.

Digitized by Google

Digitized by Google

SECTIO PRIMA.

SYNODI DIOECESANAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNODI DIOECESANAE.

Editoris observatio praevia.

Tres synodos Antverpiae celebratas complectitur collec-
nis nostrae *sectio* seu *pars prima*. Duas quidem celebravit
nnius annis 1571 et 1576, tertiam eamque postremam
nnes Miraeus anno 1610. Synodis enim annumerari
quit illa decanorum congregatio, sub Gaspare Nemio
ntverpiae die 28 augusti 1643 habita [1], quam Hartzhei-
us seu illius continuatores, *Concil. Germaniae* tom. IX
638, perperam *synodum dioecesanam Antverpiensem*
cant.

Ab initio saeculi decimi septimi Antverpiae, quemad-
odum et in aliis Mechliniensis provinciae ecclesiis suf-
ganeis, decanorum seu archipresbyterorum congrega-
nes synodorum vices supplere coeperunt [2].

Eorum, qui post Miraeum sedem Antverpiensem adepti

[1] Vid. infra in sectione secunda, ad annum 1643.
[2] Cfr. infra observatio praevia ad sectionem secundam

Digitized by Google

sunt, an aliquis de renovando synodorum instituto cogi
verit aliquando, non liquet. Illud autem pro certo affirm
possum, eam fuisse mentem ultimo Antverpiensium e
scopo, Cornelio Francisco de Nelis. Etenim acta in co
decanorum anni 1792, quem vocat *congregationem s*
synodum, ut *decreta synodica* inscribuntur in fronte ipsi
epistolae ad archipresbyteros seu decanos rurales dat
sexto cal. junias 1793 [1]. Inter ipsius etiam chartas rep
fragmenta quaedam titulorum *de Ordinandis* et *de Semin*
riis, excerpta ex synodis provinciali Mechliniensi anni 160
et dioecesana Antverpiensi anni 1610, quae apparatu
quemdam ad synodum celebrandam indicare videntur. I
minime dubium argumentum peto ex Pii VI literis, quib
anno 1785 ad petitionem episcopi indulgentias conce
pro synodo propediem Antverpiae celebranda. En bre
apostolicum ex autographo descriptum: « Pius PP. V
» universis Christi fidelibus praesentes literas inspectur
» salutem. Cum, sicut accepimus, in ecclesia cathedra
» Antverpiensi sacra primum synodus prope diem, ben
» dicente Domino, celebranda sit, nos, ut opus tam piu
» majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium rel
» gionem animarumque salutem coelestibus Ecclesiae th
» sauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sex
» Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, a
» sacra communione refectis, qui praefatam ecclesia
» die, qua dicta prima synodus inchoabitur, ac in om
» nibus et singulis actualis illius celebrationis dieb
» devote visitaverint, et ibi pro christianorum principu
» concordia, haeresum extirpatione, ac sanctae matr
» Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint

[1] Vid. infr. sect. 2, ad an. 1792

Digitized by Google

lenariam semel tunc omnium peccatorum suorum in-
lulgentiam et remissionem misericorditer in Domino
oncedimus; praesentibus post celebrationem dictae
ynodi minime valituris. Volumus autem, ut si pro im-
etratione, praesentatione, admissione seu publicatione
praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte
blatum recipiatur, praesentes nullae sint. Datum Romae
apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 14 februa-
rii 1785, pontificatus nostri anno decimo. »

Tempora illa difficillima in quae, primum sub impera-
e Josepho II et deinde sub Gallorum dominatu, epi-
patus Cornelii Francisci de Nelis incidit, obstiterunt,
ominus consilium pridem susceptum perficeret. Praesul
ctissimus, variis diversisque casibus actus, Senis in
truria vitae ac laborum finem fecit exul die 21 mensis
gusti an. 1798.

Digitized by Google

Caput I.

Synodus dioecesana prima habita Antverpiae mense febr
1571, *sub Francisco Sonnio, primo Antv. episcopo.*

Editoris prooemium [1].

I. Decreta in hac synodo.

II. Christianae institutionis formula, auctore Francisco S
nio.

III. Libellus vernaculo idiomate jussu Sonnii editus :
bequaem maniere om jonghers soetelyck by sanck te leeren 't g
dat alle kersten menschen moeten weten.

IV. Sonnii instructio eodem idiomate edita : *Instructie*
die pastoren, om t'onderwysen haer ondersaten van die s
Sacramenten, wt den woorde Gods.

Caput II.

Synodus dioecesana secunda habita Antverpiae die 22 mensis n
1576, *sub eodem Francisco Sonnio, primo Antv. episcop*

Editoris prooemium [2].

I. Sonnii epistola pastoralis seu praeliminaris ad clerum.

II. Statuta in hac synodo a Sonnio praelecta et publicata.

[1] In hac *Synopsi* brevitatis causa omittendas esse duxi observati
nostras prooemiales ad cap. I, II et III, in quibus de trium synodo
Antverpiensium actis et decretorum editione ac observatione disputatur.

[2] Vid. supra not. 1.

Digitized by Google

Caput III.

ynodus dioecesana tertia habita Antverpiae die 11 mensis maii 1610, sub Joanne Miraeo, quarto Antv. episcopo.

Editoris prooemium [1].

I. Miraei literae ad clerum de die 29 mensis martii 1610, uibus synodi celebrationem indicit.

II. Ejusdem oratio in synodo ad clerum habita, in ecclesia athedrali, die 11 mensis maii 1610.

III. Index titulorum synodi.

IV. Decreta Synodi.

V. Appendix documentorum ad hanc synodum, scilicet:

1. Edictum regium de die 20 julii 1592, ut ccclesiastici et aeculares judices omni modo adnitantur extirpare superstitiones t magias. *Gallico idiomate.*

2. Bulla Sixti V, data duodecimo kalend. novembris 1586, qua continetur damnatio et reprobatio pactionum in societatibus apponendarum, capitalis securitatem, aut lucri nomine certam responsionem, aut usurariam pravitatem quovis modo continentium.

3. Declaratio et sententia quod reditus in granis aliisque speciebus originarie pecunia numerata interveniente constituti, iique soli sint redimibiles, quodque ad debitorem pecuniae numeratae probatio spectet. *Edictum regium de die 26 octobris 1573, gallice.*

4. Constitutio Gregorii XIV, declarans quinam ad ecclesiam confugientes immunitate gaudere non debeant, et quis modus in extrahendis iis servandus sit.

5. Literae a sacra congregatione Cardinalium conc. Trid. ad

[1] Vid. supra not. 1 p. 6.

Digitized by Google

Nuntium apostolicum Bruxellensem scriptae die 19 febru
1608, de monachis extra claustra degentibus.

6. Edictum Archiducum (13 *julii* 1609), ne ditionum har
incolae aut advenae de religione inter se disputationes movea
neque injuriam verbo aut re alterutris inferant, neque scand
in ecclesiis, processionibus, locis publicis vel privatis comm
tant. *Vernaculo idiomate.*

7. Edictum regium (6 *junii* 1561) de solvendis decim
Eodem idiomate.

8. Professio fidei orthodoxae. *Eodem idiomate.*

Digitized by Google

SECTIO SECUNDA.

CONGREGATIONES ARCHIPRESBYTERORUM SEU DECANORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONGREGATIONES ARCHIPRESBYTERORUM SEU DECANORUM.

Editoris observatio praevia.

Sonnius in prima sua synodo anni 1571 decrevit singulis annis Antverpiae feria tertia post dominicam *Cantate* dioecesanam synodum habendam esse, *consuetis conciliis decanalibus suppressis*, inquit, *quousque experientia aliud ordinandum docuerit*. Quae causa illum ad has congregationes supprimendas, licet antea, ut ipse fatetur, consuetae essent, adduxerit, hactenus investigare non potui. Interim inde facile eruitur, illo sedem episcopalem tenente, nullas decanorum congregationes fuisse habitas.

Sub ejus successoribus, usque ad annum 1609, quando cum foederatis Hollandiae Ordinibus induciae sancitae sunt [1], similes congregationes vel coetus synodales vix haberi potuisse, ex iis satis apparet, quae de illorum temporum infelicitate in sua ad clerum oratione, habita anno

[1] Vid. Synodici tom. I p. 229 et 443.

Digitized by Google

1610 in tertia synodo dioecesana, Joannes Miraeus episcopus memoriae prodidit. Ille etiam titulo XXIV ejusdem synodi declarat, talem in dioecesi Antverpiensi bellorum tumultus stragem exercuisse, ut nullus episcopus a triginta quinque annis, id est a morte ipsius Sonnii, potuerit in pagis ecclesias visitare vel functiones suas libere et personaliter exercere; et vix ulla in dioecesi fuisse templa, altaria aut coemeteria non destructa, eversa aut saltem profanata.

Attamen illam inter tempestatem Laevinus Torrentius, qui primus post Sonnium cathedram Antverpiensem ab anno 1586 ad annum 1595 illustravit, collapsam disciplinam ecclesiasticam restituere conatus erat. Sua et decanorum christianitatis jura et officia, quae tumultuum tempore per decanatuum vacationem omnia fere interierant, restituere sategit; itaque ad decanorum supplicationem, moderatione facta, jura ista determinavit et decretum desuper condidit, quod sine anni, mensis et diei nota exstat apud Diercxsens, *Antverpia Christo nascens et crescens*, t. VI p. 236, et quod cum altero vetusto exemplari collato exhibet suo loco collectionis nostrae sectio tertia.

Ut verosimile est, Torrentius in aliqua decanorum congregatione, vel consequenter ad eam, decretum istud fecit aut promulgavit. Eum vero de synodo vel de archipresbyterorum coetibus congregandis cogitasse, liquet ex eo, quod in laudato decreto dicat: *Capitulum quoque rurale ex nunc aboletur, excepto tempore Synodi dioecesanae aut provincialis; quia tunc decani convocationem facere tenebantur communibus expensis.* Diversum erat hoc *capitulum* ab ipsa decanorum congregatione; huic praesidebat episcopus, illi decanus [1].

[1] Vid. Synodici tom. II p. 251.

Digitized by Google

Itaque in nova dioecesi Antverpiensi vetera concilia decanalia et capitula ruralia, synodalibus decretis Cameracensibus seu Ultrajectinis et Leodiensibus olim praescripta, sub Sonnio pridem ac deinde sub Laevino Torrentio desierunt, ut ad normam disciplinae Tridentinae locum cederent synodis dioecesanis, quarum decreta in pastorum capitulis a decanis promulgari solebant. Mox, habita ratione temporum, archipresbyterorum seu decanorum ruralium congregationes synodorum dioecesanarum vicem supplere coeperunt [1].

Talem congregationem Antverpiae habitam fuisse sub tertio episcopo Guilielmo de Berghes, qui cathedram tenuit ab anno 1597 ad annum 1601, non reperio.

Quartus vero praesul, Joannes Miraeus, in citata illa oratione anno 1610 habita, aiebat, dioecesim suam quietem aliquam respirare coepisse, seque et clerum a nuperis induciis solatium aliquod impetrasse, et in finitimos agros patere liberos egressus, ita ut ipse ac decani ecclesiarum visitationi intendere potuerint. Tunc etiam locus esse potuit istiusmodi congregationibus, quae, ut equidem arbitror, sub Joanne Miraeo Antverpiae regulariter celebrari coeperunt, maxime quum jam exeunte saeculo decimo sexto in archidioecesi Mechliniensi habitae fuerint [2].

Rem adeo utilem dioeceseos regimini maxime promovit Joannes Malderus, quintus Antverpiensium episcopus, edita *Instructione decanorum*, suo loco collectioni nostrae inserenda, quam in multis secutus est Jacobus Thomas

[1] Vid. op. cit. t. II p. 251.

[2] Jam anno 1569 congregatio, seu *capitulum rurale*, habita fuit praesidentibus Granvellani delegatis, Morillonio et Metzio. Anno 1598 Matthias Hovius ex praescripto synodorum provincialium et dioecesanarum decanorum congregationes habere coepit. Cfr. op. cit. tom. II pp. 253 et 254.

Digitized by Google

Josephus Wellens, episcopus decimus septimus, in sua *Ordinatione pro visitandis ecclesiis*, anno 1779 praescripta. Inclytus ille praesul in hac ordinatione summam exhibet decretorum episcopalium ac synodalium ecclesiae Antverpiensis, et multa adeo sapienter praescripsit, ut ab eo exordium duxerit nova norma pro instituendis ecclesiarum visitationibus et habendis congregationibus decanalibus, quae usque ad extinctum episcopatum perduravit, quamque ad imitandum sibi exemplar aliarum ecclesiarum praesules non pauci proposuerunt.

Congregationum, quarum *acta* vel *notitia* ad me pervenit, seriem chronologicam jamjam indicare lubet.

1612, *die* 7 *novembris*, congregatio sub Joanne Maldero, habita cum vicariis generalibus et decanis, memoratur in registris Actorum episc. Antv., quae in archivio archiepiscopatus Mechliniensis hodie servantur, et quibus ad colligenda congregationum acta et notitiam usus sum continuo. *Registr. C.* p. 72.

1613, *die* 27 *et* 28 *augusti*, ordinata ab eodem Maldero in congr. dec. *Registr. C.* p. 81-83.

1614, *die* 26 *augusti*, ordinata ab eodem Maldero in congr. dec. *Ibid.* p. 97-101.

1615, *die* 25 *augusti*, ordinata ab eodem Maldero. *Registr. C.* p. 106-110.

1616, *die* 30 *augusti*, ordinationes factae ab eodem Maldero in congr. dec. *Registr. C.* p. 135-137.

1617, *die* 29 *augusti*, ordinata ab eodem Maldero in congr. dec. *Registr. C.* p. 124-127.

1618, *die* 28 *augusti*, ordinationes factae ab eodem Maldero in congr. dec. *Registr. C.* p. 137-138.

1619, *feria tertia post S. Bartholomeum*, ordinationes factae ab eodem Maldero in congr. dec. *Registr. C.* p. 144-146.

1620, *feria tertia post festum S. Bartholomei*, ordinationes

Digitized by Google

ictae ab eodem Maldero in congr. dec. *Registr. C.* p. 152, et *Registr. D.* p. 149-150.

1621, *die* 20 *octobris*, ejusdem ordinationes factae in congr. lec. *Registr. C.* p. 157-158.

1624, *die* 20 *augusti*, ejusdem ordinationes factae in congr. lec. *Registr. C.* p. 168-169.

1627, *die* 31 *augusti*, ejusdem ordinationes factae in congr. lec. *MS. apud me, et Registr. E.* p. 88-89. *Registr. C.* ad an. 1627 hujus congregationis non meminit.

1630, *die* 27 *augusti*, quum propter tumultus bellicos et pericula viarum, inquit Diercxsens op. cit. tom. VII p. 196, synodus convocari non posset, et tamen necesse esset defectus in regimine parochiarum corrigere, et decreta male observata in usum revocare, Malderus, convocatis decanis, coram illis publicavit ordinationes synodales, quae eodem anno 1630 typis editae sunt Antverpiae apud Gerardum Wolschot, in-12°, pagg. 16. In hac originali editione continentur : 1. *Ordinationes;* 2. *Capitula publicanda flandricæ;* 3. *Instructie tot vervoorderinge der christelyke leering;* 4. *Aflaeten van Paulus V en Gregorius XV.* Recusae sunt in collectione synodorum Antv. anni 1680, p. 417-426, et in collectione conciliorum Germaniae, tom. IX p. 520-522; sed ibidem omittuntur documenta num. 2, 3 et 4 indicata, et desideratur etiam illa *Instructio decanorum*, cujus mentio facta est in observatione praevia, et quae fortasse in hac congregatione anni 1630 denuo publicata fuit.

1631, *mense augusto (?)*, ordinata ab eodem Maldero in congr. decanorum, quae descriptis exemplaribus fuerunt communicata pastoribus. *Registr. C.* p. 184.

1632, *die* 31 *augusti*, ejusdem Malderi ordinationes seorsim excusae, in-8°, pagg. 4.

1634, *die* 29 *augusti*, ordinata in congr. decanorum, sub vicario capitulari Auberto Miraeo, cath. eccl. Antv. decano. Post mortem Malderi vacavit sedes a 21 octobris 1633 ad 22 julii 1635. *Registr. C.* p. 201-202.

Digitized by Google

1639, *feria tertia et quarta post dominicam Laetare*, Gas Nemius, sextus Antv. episcopus, congregationem decanor habuit. *Registr. G.* p. 7.

1640, *die* 28 *augusti*, ordinata ab eodem Nemio in con dec. *Registr. G.* p. 12.

1641, *die* 27 *augusti*, ordinata ab eodem Nemio in congr. d *Registr. G.* p. 13.

1642, *die* 26 *augusti*, ordinata ab eodem Nemio in congr. d

1643, *die* 28 *augusti*. Obstabat bellum continuum, quomin celebraretur synodus, quae tamen perquam necessaria videbatu turbulenta enim tempora induxerant negligentiam in servand episcoporum decretis, aliique novi in observatione disciplin defectus accesserant. Nemius, huic malo remedium quaerens, consilio vicariatus et decanorum, quos hoc anno in unum co gregavit, operae pretium duxit recolligere et per titulos disp nere quae antea provide et prudenter ordinata fuerant. Itaq Antverpiae typis Plantinianis editae sunt anno 1643 *Ordinati nes dioecesanae Antverpienses recollectae et auctae, ac manda perillustris ac reverendissimi domini Gasparis Nemii episco Antverpiensis promulgatae;* in-12°, pagg. 60. In hac primar editione continentur : 1. *Monitum episcopi;* 2. *Ordinationes p titulos XXI dispositae;* 3. *Capitula publicanda in dominica Pa sionis;* 4. *Instructie ende ordonnantie tot vervoorderingh van christelycke leeringhe in 't bisdom van Antwerpen;* et 5. *Ope baere belydinghe des catholycken gelooſs, uytgegheven door d paus Pius den IV.*

Exstant eaedem ordinationes, omissis quae num. 3, 4 et indicantur, in cit. collectione anni 1680, p. 429-476, et apu Hartzheimium, tom. IX, p. 638-651, ubi, ut jam monui, no recte haec decanorum congregatio vocatur *Synodus dioecesan Antverpiensis anno* 1643 *habita die* 28 *augusti sub Gaspa Nemio.*

1644, *die* 1 *julii*, sub eodem Nemio congregatio decanorum *Registr.* G. p. 22.

Digitized by Google

Eodem anno die 30 *augusti*, ab eodem Nemio ordinata in ongr. dec. *Registr*. G. p. 23-24.

1647, *die* 27 *augusti*, ab eodem Nemio ordinata in congr. ec. *Registr*. G. p. 24.

1648, *die* 26 *augusti*, ordinata ab eodem Nemio in congr. lec. Vigebat tunc controversia de extirpando religionis catholicae exercitio in tractu Bredano et vicinis partibus, episcopi Antverpiensis jurisdictioni subditis. *Registr*. G. p. 44.

1650, *die* 30 *augusti*, acta sub eodem praesule in congr. lec. In hoc coetu proposuit Nemius quaedam de synodo dioecesana proxime instituenda, quae a quadraginta annis jam intermissa erat; sed decani judicarunt synodum differendam esse; isque dum concilium provinciale fuerit habitum. *Registr*. G.). 59-60.

1653, *die* 3 *septembris*, acta sub vicariatu, sede vacante, ost translationem Gasparis Nemii ad archiepiscopatum Caneracensem an. 1651, nominato quidem ab anno 1652 novo Antverpiensium episcopo Mario Ambrosio Capello, sed conserato dumtaxat die 13 septembris an. 1654. *Registr*. G. p. 110-112.

1658, *die* 20 *martii*, acta in congregatione decanorum, in alatio episcopali habita coram Mario Ambrosio Capello, septimo Antv. episcopo. *Registr*. G. p. 257.

Hucusque me latet, congregationem aliquam habitam sub duobus Marii Ambrosii Capello successoribus, Auberto Van den Eede (31 oct. 1677 ad 6 novembris 1678), et Joanne Ferdinando le Beughem (12 novembris 1679 ad 19 maii 1699).

1701, *die* 25 *novembris*, congregatio archipresbyterorum habita sub Reginaldo Cools, decimo Antv. episcopo. Huic congregationi oblatum fuit memoriale pro exemptione cleri. *Deest*. Post hunc praesulem sedes vacavit per quinquennium.

1720, *mense martio*. Instructiones datae, ut apparet, in congregatione decanorum a Petro Josepho de Franken-Sierstorff, undecimo Antv. episcopo, descriptae ex originali ab eximio viro

Digitized by Google

Veldenio, qui etiam addidit exemplar *Actorum in congregation pastorum districtus Antverpiensis, die 1 julii 1721*; quae quidem *Acta* satis superque innuunt hoc tempore usitatas fuisse decanorum congregationes.

Sub quinque sequentibus episcopis, Carolo d'Espinosa, Guilielmo Philippo de Herzelles, Josepho Anselmo Francisco Werbroeck, Dominico de Gentis et Henrico Gabriele Van Gameren, nulla congregationum acta hucusque reperi, adeo ut suspicari liceat, earum celebrationem intermissam fuisse usque ad annum 1779, quo Jacobus Thomas Josephus Wellens, decimus septimus Antv. episcopus, saluberrimum institutum renovandum et frequentandum esse optima lege praescripsit.

1779, *die* 8 *maii*. Ordinatio Jacobi Thomae Josephi Wellens, pro visitandis ecclesiis suae dioeceseos et Buscoducensis in partibus catholicis auctoritate apostolica ipsi commissis, praescripta in congregatione decanorum.

Acta edita sunt Antv. in-4° pagg. 39. Continentur: 1. Sermo episcopi ad decanos congregatos; 2. Instructiones pro archipresbyteris ruralibus in visitatione ecclesiarum servandae; 3. Schema articulorum, constans decem titulis, super quibus interrogabunt decani rurales, quando visitabunt ecclesias; 4. Monitum de conservando ordinationis exemplari. Desideratur illa ordinatio in collectione operum Wellensii, edita anno 1784, in-4°.

1780, *die* 10 *maii*. Secunda congregatio [1] habita in aedibus episcopalibus coram eodem episcopo. *MS. apud me.*

1781, *die* 29 *maii*. Tertia congregatio habita coram eodem episcopo. *MS. apud me.*

1782, *die* 14 *maii*. Quarta congregatio habita coram eodem episcopo. *MS. apud me.*

[1] Prima enim est illa anni praecedentis 1779, sicque novo ordine inscriptae sunt omnes congregationes deinceps habitae usque ad suppressionem episcopatus.

Digitized by Google

1783, *die* 3 *augusti*. Quinta congregatio habita coram eodem piscopo. *MS. apud me.*

1784, *mense augusto* (?) Sexta congregatio habita coram vi-ariis generalibus, sede vacante, Antonio de Vries, S. T. L. eccl. ath. archipresbytero, et Petro Simons Van Eupen, S. T. L. ejusd. ccl. poenitentiario et districtus Antv. decano. *MS. apud me.*

1785, *die* 3 *augusti*. Septima congregatio habita coram Cor-ıelio Francisco de Nelis, decimo octavo et ultimo Antv. epi-copo. *MS. apud me.*

1786, *die* 31 *maii*. Octava congregatio habita coram eodem piscopo. *MS. apud me.*

1788, *die* 7 *maii*. Nona congregatio habita coram Josepho 'rancisco Engelberto Werbrouck, ejusdem episcopi vicario ge-ıerali, S. T. D. capituli eccl. cath. decano. *MS. apud me.*

1789, *die* 24 *junii*. Decima congregatio habita coram eodem piscopo. *MS. apud me.*

1790, *die* 18 *maii*. Undecima congregatio habita coram Josepho 'rancisco Engelberto Werbrouck, S. T. D. capituli eccl. cath. lecano et ejusdem episcopi vicario generali. *MS. apud me.*

1791, *die* 26 *julii*. Duodecima congregatio habita coram eodem piscopo. *MS. apud me.*

1792, *diebus* 11, 12, 13 et 14 *septembris*. Decreta in congre-ıatione sive synodo decima tertia habita in Meersel ab eodem piscopo. Typis excusa sunt illa decreta, quae ab ipso episcopo *Decreta synodica* vocantur, cum ipsius literis ad decanos desti-ıatis sexto cal. junias (27 maii) 1793; pagg. 8, in-4°.

Ultima haec est congregatio sub Cornelio Francisco de Nelis ıabita. Ille quidem anno 1794, ut caeteri Belgii praesules, veri-ıus Gallorum in ordinem ecclesiasticum odia, fuga periculo se ıubducere debuit, constitutis vicariis generalibus qui dioecesim ıdministrarent [1].

Constat vicarios generales tempore persecutionis Gallorum

[1] Cfr. supra p. 5 et infra sect. tertia ad an. 1794 et seqq.

Digitized by Google

et post eam aliquando clanculum habuisse conventus cum canis quibusdam aliisque e clero et capitulo, ut rebus eccles et dioeceseos consulerent; quae vero in illis congregationil acta sunt, me latet.

Digitized by Google

SECTIO TERTIA.

—

INSTRUCTIONES PASTORALES, MANDATA ET EDICTA, ALIAQUE DOCUMENTA QUIBUS HISTORIA ET DISCIPLINA EPISCOPATUS ANTVERPIENSIS ILLUSTRANTUR.

Digitized by Google

Digitized by Google

INSTRUCTIONES PASTORALES, MANDATA ET EDICTA, ALIAQUE DOCUMENTA AD HISTORIAM ET DISCIPLINAM EPISCOPATUS ANTVERPIENSIS SPECTANTIA.

Editoris observatio praevia.

Tertiam aggredior collectionis nostrae partem seu sectionem, in qua in primis exhibenda sunt documenta, quae solent episcopi extra synodum aut decanorum congregationes evulgare ad cleri ac populi spirituale commodum, ut *pascendi* in Ecclesia muneri ipsis divinitus concredito rite satisfaciant.

De instructionum et mandatorum pastoralium indole atque usu, satis superque disputatum est in *Synodici* tomo II pagg. 331-333.

Quod vero hujus nostrae *Synopseos* indicem chronologicum attinet, rem omnem ita comparavi et disposui, ut ab episcopatus erectione an. 1559 usque ad illius suppressionem an. 1802 serie continua non tantum indicentur instructiones pastorales, mandata et edicta, sed et alia quaevis documenta (cum rerum praecipuarum ab episco-

Digitized by Google

pis gestarum narratione), quibus episcopatus Antverpiensis historia et disciplina illustrari queant.

Omnem equidem adhibui diligentiam, ut documenta, vel hucusque plane incognita, vel undequaque dispersa, in unum colligerem et luci publicae darem. Si quae vero mihi incomperta Lectoribus innotuerint, iterum atque iterum illos rogo, ut iis me ad Ecclesiae et reipublicae literariae utilitatem beare velint.

Digitized by Google

§. I.

Episcopatus erectio.

1559, *maii* 12. Pauli IV generali bulla erectionis novorum piscopatuum in Belgio, Antverpia episcopali sede ornatur, ecclesiae Cameracensi, cui hactenus pro majori parte paruerat [1], ubtracta et novae metropoli Mechliniensi subdita, extincto quoque in eadem ecclesia Cameracensi archidiaconatu Antverpiensi, ujus jurisdictio per civitatem Antverpiam et magnam hujus ovae dioeceseos partem protendebatur. In cathedralem erigitur ccclesia Beatae Mariae Virgini sacra, in qua erat collegium duolecim canonicorum, quod ducum Brabantiae aliorumque largiionibus ita pridem accreverat, ut anno 1240 essent viginti uatuor praebendati, sub primaria praepositi (quae dignitas nno 1257 suppressa fuit) vel decani auctoritate. Episcopatui ero attributum est territorium septem oppidorum cum pagis nterjacentibus. Exstat bulla apud Miraeum, *Op. diplom.* t. I p. 472.

1560, *maii* 4. Scriptum, a Sonnio aliisque deputatis pro erigendis episcopatibus concinnatum, ad Pium IV missum fuit, in quo recensetur quidquid ad eos constituendos pertinet, et praesertim agitur de assignandis dotibus, quae juxta bullam Pauli IV fieri debebant ex bonis et reditibus a monasteriis auferendis. Deputati vero satius judicabant episcopatibus unire abbatias, ita ut episcopi in locum abbatum succederent, et abbatias tamquam abbates regerent. Quae in illo scripto ad episcopatum Antverpiensem spectant, vide apud Miraeum, op. cit. t. III p. 550.

[1] Minor pars, quae in Campinia est, Leodiensem episcopum agnoscebat.

Digitized by Google

1561, *martii* 10. Bulla Pii IV, qua abbatia S. Bernardi ad Schaldim episcopatui pro dote unitur [1]. Apud Diercxsens, op. cit. t. IV p. 204.

Eodem anno, *martii* 11. Ejusdem Pii IV bulla, qua dotem, oppida, municipia, pagos, vicos, et alios limites episcopatus nuper a Paulo IV instituti describit. Eodem diplomate praescribitur, quia abbatia S. Bernardi pro decenti sustentatione episcopi non sufficere judicabatur, pensionem ei solvendam esse ab abbatiis Villariensi et S. Michaëlis; et unam ex praebendis ecclesiae uniendam esse mensae episcopali, quatenus ratione illius persona capitularis esset episcopus, vocemque et auctoritatem etiam in capitulo super decanum et canonicos haberet.

Quum in capitulo duae tantum essent dignitates, decanatus scilicet et cantoria, summus pontifex tres alias in eo erigit, archidiaconatum, archipresbyteratum et poenitentiariam; canonicorum etiam dotes, jura et officia describit.

Bulla, notis illustrata, exstat apud Foppens, *Hist. episcopatus Antv.*, p. 28. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. IV p. 206-218.

Hoc anno 1561, immo jam anno 1559, ubi regis Philippi II decreta atque aulae molimina, et summorum pontificum Pauli IV et Pii IV constitutiones innotuerant, gliscere coeperunt contra novorum episcopatuum erectionem murmura, eorum in primis qui in religionis negotio rebus novis studebant. Mira illis videbatur subitanea in statu ecclesiastico mutatio, eratque illis valde suspecta, metuentibus nimirum ne Philippus II hac arte hispanicam inquisitionem inveheret. His aliisque modis de novis episcopis mendacia in vulgus spargebantur.

Accesserunt querelae veterum episcoporum, a quorum jurisdictione novae dioeceses abstractae erant, immo et monachorum, quorum abbatiae unitae erant novis episcopatibus aut gravatae

[1] Haec bulla et subsequens datae dicuntur anno 1560, sed stylus est cancellariae apostolicae, in qua annus initium sumebat a die 25 martii; adeoque nobis, quibus annus incipit a kalendis januarii, reipsa datae sunt anno 1561.

Digitized by Google

nnuis pensionibus. Nobiles quoque et plebei, lutheranorum aliaimque sectarum contentione ad rebellium concitati, aiebant rectionem illam esse contra libertates et privilegia patriae, uod sub pallio erectionis episcopatuum lateret introductio inuisitionis hispanicae. Innumerae ergo ad aulam delatae sunt uerimoniae, atque ita factum est, ut quorumdam episcoporum dmissio in aliud tempus dilata fuerit. Antverpienses in primis t religiosi abbatiae S. Bernardi omnem moverunt lapidem ad mpediendam admissionem et dotationem sui episcopi. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. IV p. 219 et seqq. Quae huc spectant monumenta in alio descripsi codice, brevi typis edendo, cujus titulus est : *Regesta chronologico-diplomatica de erectione novorum piscopatuum in Belgio saec. XVI.*

1563, *januarii* 4. Paulus IV, generali bulla an. 1559, jus nominandi ad episcopatus concessit Philippo regi ejusque successoribus, tribus exceptis sedibus, scilicet Cameracensi, Mechliniensi et Antverpiensi, quas sibi pontifex reservavit. Anno 1560 Romae actum est, ut earum nominatio etiam regi daretur. Annuit Pauli IV successor Pius IV, et mox rex pro singulis ecclesiis episcopos nominavit, et quidem pro episcopatu Antverpiensi Philippum Nigri, Morino-Boloniensem, juris utriusque doctorem, in sanctiore concilio senatorem ecclesiasticum, ordinis Aurei Velleris cancellarium, ecclesiae S. Gudilae Bruxellensis decanum, nec non praepositum ad S. Salvatorem Harlebaci et ad S. Pharaildem Gandavi. Sed, quasi sacrum detrectaret onus, ante extinctus est quam inauguratus, nempe die 4 januarii 1562 stylo Brabantiae, hoc est anno 1563 stylo novo. Vid. Van de Velde, *Synops. monum.* t. III p. 741.

Defuncto Philippo Nigri, apud Antverpienses nihil non tentatum fuit, ut abbatiae S. Bernardi incorporatio vel episcopatus quoque erectio revocaretur vel supprimeretur. Accreverunt ea tempestate tumultus civiles. Horret animus legere vel recogitare, quid anno 1566 die 20 augusti per sectarios et iconomachos sacrilege et crudeliter peractum fuit Antverpiae in cathe-

Digitized by Google

drali aliisque ecclesiis. Cfr. Haraeus, *Annales Brab.* t. III p. 48, Strada, Diercxsens, etc.

Interea Antverpiensem dioecesim, de novo episcopo necdum provisam, tamquam ordinarius administrare perrexit Maximilianus a Bergis, archiepiscopus Cameracensis, ibique concilium Tridentinum publicari fecit, pontificalia per se ipsum saepius exercuit, ecclesiam primariam B. Mariae Virginis et coemeterium per iconoclastas violata reconciliavit, aliaque in hanc veterem dioeceseos Cameracensis partem munia auctoritate ordinaria exercuit per integrum novem annorum spatium, quo episcopatus Antverpiensis erectio suspensa mansit usque ad Sonnii adventum. Cfr. *Synodici* tom. I p. 16, et Diercxsens, op. cit. t. IV et V passim.

§. II.

Franciscus Sonnius, I episc.

1568. Mense julio rex Philippus ad episcopatum Antverpiensem nominat Sonnium, primum episcopum Sylvaeducensem. De vita et scriptis inclyti praesulis, cujus maxima sunt in religionem et rempublicam merita, vide commentarium nostrum in fronte *Epistolarum Sonnii ad Viglium*, Brux., 1850, in-8°.

1569, *martii* 13. Pius V Sonnium absolvit ab ecclesia Sylvaeducensi, eumque ad Antverpiensem transfert. Exstant summi pontificis literae, ad capitulum Antverpiense desuper datae, apud Diercxsens, op. cit. t. V p. 100.

Inter hanc confirmationem et captam sedis possessionem intercessit annus integer. Interim confectae sunt, ut arbitror, ab ipso Sonnio et Viglio, instructiones pro aditione et receptione novorum episcoporum servandae, quas ex Petro Bor, quoad episcopatum Leowardensem, refert Diercxsens, op. cit. t. V p. 102-105.

Digitized by Google

1570, *mense aprili*. Obstaculis demum sublatis, Sonnius sedis ıae possessionem nomine procuratorio nactus est die 26 aprilis ecclesia cathedrali, ac postridie in abbatia S. Bernardi. Sonnii ersonam sustinuit Maximilianus Morillon, archidiaconus Mechliiensis et cardinalis Granvellani vicarius generalis, qui una cum ›anne de Lange, canonico et officiali Mechliniensi, et Castillio, ınonico ad S. Gudilam Bruxellis, solemni ritu episcopatus possessionem cepit, praesentibus capitulo et civitatis magistratu.

Diploma regium de die 28 aprilis, quo mandatur ut omnes t singuli episcopum suum Sonnium recognoscerent, eique bedientiam praestarent, exstat in *Edict. Brabant.* t. I, lib. I, it. 1, cap. V. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. V p. 120.

Eodem anno, 1 *maii*. Sonnius magna cum solemnitate Antrpiae recipitur, et in ecclesiam suam cathedralem introducitur, raesente duce Albano, et plurima procerum civiumque turba omitante. Rei gestae ordinem et quibus verbis pensionarius oannes Gilles civitatis nomine episcopo congratulatus fuerit, narrat Diercxsens, op. cit. t. V p. 123-126.

Viglius, quem Albanus Antverpiam petens sibi comitem esse oluerat, de Sonnii receptione ad Hopperum scribens aiebat, Antverpiensium animos optime sese accommodasse regiae volunati, a qua antea tam aversi fuerant. Vide Hoynck Van Papenlrecht, *Analect. Belg.* t. I part. 2 p. 560; et nota ab editore in pistola Viglii, loco *maii*, male lectum fuisse *martii;* constat nim Albanum die 29 aprilis Antverpiam appulisse.

Eodem anno, mensibus maio et junio. Mox episcopus reparandis damnis, ecclesiis et dioecesi illatis, totum se dedit.

Episcopatum divisit in sex decanatus, scilicet : Antverpiensem, Lyrensem, Herendalensem, Hoogstratanum, Bredanum et Bergensem ad Zomam. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. IV p. 209.

Dignitates, in ecclesia cathedrali ad normam bullae pontificiae erigendae, non illico sed paulatim constitutae sunt, difficultatibus non paucis sese objicientibus.

Eodem anno, 16 *julii*, magna Antverpiae solemnitas peracta

Digitized by Google

in publicatione amnistiae seu condonationis generalis. Comparuit enim in ecclesia cathedrali dux Albanus, comitantibus Aurei Velleris equitibus, totaque aula, praesentibus Viglio, archiepiscopo Cameracensi Maximiliano de Bergis, episcopo Atrebatensi Francisco Richardoto et Sonnio. Ante missam solemnem de Spiritu Sancto, ab archiepiscopo Cameracensi celebratam, Sonnius vernaculo idiomate concionem habuit. Finita missa et processione intra ecclesiam instituta, Richardotus gallice ad populum dixit [1]. Deinde archiepiscopus Cameracensis praelegi curavit bullam Pii V, qua haereticis, iconomachis, aliisque ad gremium Ecclesiae revertentibus indulgentia plenaria et absolutio a censuris concedebantur. A prandio similis indulgentia, qua praeteritorum oblivio et turbarum venia populo tribuebantur, ex parte Philippi II, coram eodem nobilium comitatu, praelecta et promulgata fuit in foro Antverpiensi. Cfr. Dierexsens, op. cit. t. V p. 136-139.

30 *julii ejusdem anni*, Sonnius in ecclesia cathedrali concionem habuit, qua praedictam indulgentiam iterum publicavit, seu potius populum ad non negligendam oblatam gratiam excitavit.

Die 26 *augusti*, salutat Annam, archiducissam Austriae, sponsam Philippi II, et die sequenti, quae erat dominica, missam solemnem ea praesente celebrat. Dierexsens, op. cit. tom. V p. 140-141.

Die 26 *septembris*, coepit reconciliare ecclesias profanatas extra civitatem.

Die 15 *decembris*, ut divina officia melius frequentarentur,

[1] Oratio illa typis Plantinianis edita est : *Sermon faict en l'église cathédrale d'Anvers, en présence de S. E. Monseigneur le duc d'Alve, le jour de la publication des pardons de Leurs Sainctetés et Majesté Royale Catholicque, par messire François Richardot, évesque d'Arras.* Antv. 1570, pagg. 53, in-12. — Refert Strada, Richardotum, dum pluribus pontificiam et regiam clementiam extolleret, correptum fuisse repentino dolore, et e suggestu sublatum; et multis omnia ad superstitionem trahentibus visum esse oratorem inauspicato dixisse, ac causam suscepisse bono irritam eventu.

Digitized by Google

onnius mandatum publicat, quo inhibet, ne quis ante finitum immum sacrum ad potitandum tabernas intraret, aut domus i quibus luditur chartis vel choreae ducuntur. Diercxsens op. it. t. V p. 144.

1571, *februarii* 1. Edit instructiones, quae cum aliis documentis primam synodum dioecesanam Antv. constituunt. Itaque piscoporum provinciae Mechliniensis Sonnius primus omnium ynodum habuit, secundum decreta a concilio provinciali primo nni 1570, in quo coetu partem gessit maximam, prout liquet a ejus *Memoriali pro reformatione cleri et populi proponendo piscopis in primo concilio provinciali Mechliniensi*, et extractatu atrum cum duce Albano et Sede Apostolica quoad editionem t confirmationem decretorum. Cfr. *Synodici* tom. I p. 36, 135 et 147.

Die 11 *februarii*, Antverpiae in conventu Praedicatorum consecrat Godefridum a Mierlo, ejusdem ordinis, S. T. D., episcopum Harlemensem. Legitur duos alios praesules consecrasse, Cornelium Jansenium, Gandavensem, Lovanii in sacello collegii Sabaudici anno 1568; et Ægidium de Monte, Daventriensem, Antverpiae apud Fratres Minores, 29 octobris 1570.

Die 15 *junii*. Ordinationes in capitulo praelectae, quibus Sonnius fundationem sub nomine *parvorum canonicorum*, seu *secundae fundationis*, a capitulo factam, ut exactius chori officium persolveretur, confirmat. Apud Miraeum, op. cit. t. II p. 1104. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. V p. 158-159.

Mense julio, pestis Antverpiae grassatur, et ea occasione auctoritate episcopali instituitur confraternitas S. Rochi. Diercxsens, op. cit. t. V p. 161.

Die 18 *novembri*, celebratur in cathedrali victoria a Joanne Austriaco de Turcis reportata. Sonnius ad populum habuit concionem, qua exposuit quantam Turcorum clades christianis securitatem conferret. *Ibid.* p. 162.

1573, *aprilis* 16. Benedicit classi regiae, adversus rebelles in mare mittendae. *Ibid.* p. 176.

Digitized by Google

Mense decembri. Mortuo Balduino Wolsaert, qui Antverpiae archidiaconatum in ecclesia Cameracensi possederat, propriis in ecclesia cathedrali archidiaconus instituendus erat juxta bullam erectionis episcopatus. Sonnius itaque primum archidiaconum nominavit nepotem suum Jacobum de Campo (*Van de Velde*), juris canonici licentiatum. Hac occasione inter episcopum et capitulum quoad jus archidiaconale mota est quaestio, eaque ultra annum agitata. *Ibid.* p. 179.

1574, *mense maio.* Interest Sonnius secundo concilio provinciali Mechliniensi. In hoc, prout in primo concilio primus apparet post praesidem in ordine patrum, et decreta synodalia signat. Cfr. *Synodici* t. I p. 168 et seqq.

Die 17 *ejusdem mensis.* Tumultuantibus ob non soluta stipendia Hispanis militibus, episcopus argentea sua et mobilia distraxit ad subveniendum civibus a quibus pecunia extorquebatur.

Hoc etiam anno mota quaestio a capitulo occasione sacelli Jesuitarum et erectionis parochiae in Castro. Vid. Diercxsens, op. cit. tom. V p. 187 et seqq.

1575, *circa Pascha.* Sonnius consecrat novam ecclesiam Jesuitarum, quibus anno 1571 usum sacelli domestici interdixerat. Op. cit. t. V p. 164, 185 et 205. — Paulo post eorum scholae apertae sunt, praesente episcopo. *Ibid.* p. 207.

Mense aprili, terminata quaestio inter episcopum et capitulum quoad erectionem archidiaconatus. *Ibid.* p. 208.

Mense julio, terminata etiam lis super erectione parochiae in Castro. *Ibid.* p. 212.

1576, *maii* 22. Synodus dioecesana secunda. Vid. supra sect. I cap. 2 p. 6.

Eodem anno *die* 29 *junii*, Sonnius septuagenarius naturae cessit, magis tamen laboribus et rebus adversis quam annis fractus. Testamento pie condito legavit duo millia florenorum futuro clericorum seminario Antverpiensi, pauca etiam abbatiae S. Bernardi, cujus proventibus et abbatiali dignitate gaudere coeperat ab anno 1570, post turpem fugam et apostasiam Thomae

Digitized by Google

hielt. Cfr. Jongelinus, *Notitia abbatiarum Ord. Cist. in Belgio* . 73.

Post Sonnium vacavit sedes ultra decem annos, et primus icarius generalis constitutus est Rogerius de Tassis, J. U. D., ecanus eccl. cath.

Acta hujus primi vicariatus, continuata serie usque ad 24 naii 1579, quando ecclesiastici urbe pulsi sunt, exstant in rchivio archiepiscopatus Mechliniensis.

1576, *septembris* 3. Decreverunt domini de vicariatu, quod iber desponsatorum et matrimoniorum scribatur a custode ec- lesiarum, juxta antiquam consuetudinem, et reservetur in loco ordinario. *Ita Registr. Act.*

Acta vicariatus cessant a 24 maii 1579 usque ad 9 augusti 1580, tum quod instituti vicarius generalis ejusque officiarii exularent, tum quod res catholicorum continuo turbarentur, lominantibus in civitate rebellibus. Inter has turbas capitulum, prout potuit, dioecesim administravit, ut patet ex ipsius registro actorum a 9 augusti 1580 ad 22 augusti 1583. Exin acta expe- liebantur nomine vice-decani (profugo decano) et capituli. Acta vero cessant usque post redactam civitatem, nihilque a capitulo decretum quod ecclesiae disciplinam attinet. Quam gravia rei catholicae fuerint haec tempora, quibus publico etiam decreto religionis exercitium suppressum fuit, describit Diercxsens, op. cit. t. V et VI.

1585, *octobris* 2. Capitulum constituit novum vicariatum, scilicet Sylvestrum Pardo, vicarium generalem; Simonem Moors, officialem; Walterum Verstegen, sigilliferum; Jacobum Antoni, oeconomum, et eo absente Renerum a Brakel. Secundus ille vicariatus dioecesim administravit usque ad adventum Lae- vini Torrentii.

Digitized by Google

§. III.

Laevinus Torrentius, II episc.

1586, *mense martio*, Laevinus Torrentius, S. T. L., archidiaconus Brabantiae in ecclesia Leodiensi, Ernesti Bavari, principis electoris Coloniensis et episcopi Leodiensis, vicarius generalis, vir multis titulis clarissimus, nominatur ad episcopatum Antverpiensem. In literis, hac de re ad electorem Coloniensem Leodii datis V idus maii 1586, ita scribit: « Duo sunt menses » quod repente jussu regis evocatus Bruxellam, ut a principe » Parmensi ejus intelligerem voluntatem, evitare non potui, » quin parerem..... Causa praecipua vocationis hujus fuit, ut » susciperem episcopatum Antverpiensem. Cui petitioni cum » diu restitissem, eo tandem adduci passus sum ut, certis qui- » busdam propositis conditionibus, spem facerem me obsecutu- » rum, si illae adimplerentur. Harum autem prima et praecipua » est, ut Celsitudinis tuae consensus obtineretur; neque enim » me discedere velle a tanto et tam benevolo in me principe » invito. Nunc autem intelligo hac ipsa de causa mitti ad Cels. » tuam literas principis Parmensis, et fortasse eadem de re » scribet etiam aliquid Rev^mus Dom. Nuncius, ut consensus, » quem dixi, impetraretur; quem non praestare, ego sane non » iniquo animo feram. Nihil enim est, quod Leodio me Antver- » piam avocet, si vitae commoda respiciam et post labores » quietem; in hac praesertim aetate sola conscientia me com- » pulit, ut non dissentirem. Rogo interim Celsitudinem tuam » quam possum maxime, ut responsum meum ad Regiae Majes- » tatis desiderium, meumque erga se studium ac voluntatem » boni consulat, credatque me, quoad vixero, ubicumque fu- » turus sum, in sua futurum potestate, nec officii genus ullum » omissurum quo ipsi obsequi et servire possim. » Ex cod. MS.

Digitized by Google

ibliothecae regiae Brux. num. 15704 in-fol., qui continet autoraphas Torrentii literas ab an. 1583 ad an. 1595.

Ex illa epistola, ut ex aliis pluribus citati cod. MS. literis, patet 'orrentium se admodum difficilem praebuisse in accipiendo episopatu Antverpiensi. Alio in loco castigavi calumniam istam, a ionnullis Torrentio inique inustam, quasi jam inde ab anno 1561 iacto quodam simoniaco hunc episcopatum obtinere voluerit [1].

Die 15 *decembris*. Adit possessionem episcopatus, eique congratulantur capitulum et deputati abbatiae S. Bernardi. Diercxiens, op. cit. t. VI p. 227-228.

1587 *septembris* 10. Consecratur in ecclesia B. Mariae Vilvordiae a Joanne Hauchino, archiepiscopo Mechliniensi. Ob belorum strepitum et ecclesiae Antverpiensis paupertatem dilata fuerat consecratio. In epistola, qua die 18 ejusdem mensis Hauchino pro consecrationis munere gratias agit, dicit se omni auxilio destitutum, et addit: « Obluctabor tamen adversitati» bus, quantum et quousque potero..... vereor ne simul hic » omnes succumbamus. Utinam salva saltem religione nostra » catholica, pro qua vitam profundere debemus. » Cit. cod. MS.

Mox operi sese accingens, res sacras ab haereticis violatas pristino splendori restituit; ecclesias reconciliavit; monasteria restauravit; devios a fide, qui circiter septem mille numerabantur, ad religionem avitam reduxit; ejectos e patria et bonis ob fidem catholicam spoliatos benigne suscepit et liberaliter fovit.

Mense septembri. Mota inter Torrentium et capitulum cathedrale controversia de privilegiis capituli. Gaudebat enim ab immemoriali capitulum privilegio plenariae exemptionis a jurisdictione episcopi Cameracensis, ut immediate subjectum Sedi Apostolicae, exercebatque jurisdictionem in universum clerum Antverpiensem; clericos ordinandos mittebat ad quemvis episcopum; facultatem dabat absolvendi a casibus etiam episcopo reservatis; aliisque similibus utebatur privilegiis, quae, ut apparet,

[1] Vide *Bulletins de la Commission royale d'histoire*, t. XVI p. 100, et *Analectes pour servir à l'hist. de l'univ. de Louvain*, 1851, p. 116.

Digitized by Google

obtenta fuerant initio schismatis, quando circa annum 1378, ipso episcopo Cameracensi Roberto de Gebennis electo pontifice Avenionensi, capitulum Antverpiense ab eo recessit et fidem dedit Urbano VI Romano pontifici. Illas quidem exemptiones confirmaverant Alexander VI anno 1500, Leo X anno 1513, et Adrianus VI anno 1522; adeoque contendebat capitulum privilegia sua satis esse firmata, eaque perseverare non obstante erectione episcopatus Antverpiensis [1]. Torrentius vero aiebat merito omnia illa privilegia sublata esse per erectionem novi episcopatus. Controversiam primo ad Nuntium Apostolicum delatam, deinde Romae agitatam, anno tandem 1591 in favorem episcopi diremit Gregorius XIV. Vide infra ad 20 julii 1591. De hoc negotio plures leguntur Torrentii literae in cit. cod. MS. bibliothecae reg. Brux. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. VI pp. 233, 246, 248, 256, 265 et seqq.

Eodem anno 1587, Torrentius in possessionem proventuum abbatiae S. Bernardi intravit, submoto abbate Joanne Van der Noot, tempore tumultuum electo, quem bulla erectionis episcopatus non patiebatur esse abbatem. Proventus illos admodum tenues fuisse, vel ex eo conjicere licet, quod monasterium debitis gravatum jaceret in ruinis, et ipsi monachi dispersi ac profligati tandem in refugio Lyrano aegre convenire ac vivere potuerint. Vide infra ad 10 junii 1591, et cfr. Jongelini op. cit. p. 75.

Circa finem anni 1587, instructio a Torrentio facta quoad sua et decanorum jura, de qua supra in observatione praevia ad sect. II p. 12.

1588, *cal. junii.* Scribit Hauchino, archiepiscopo Mechl., quo dolore afficiatur ob natam Lovanii controversiam inter theologos ejus Academiae et Jesuitas. Cit. cod. MS.

Nonis octobris, scribit Lindano, episcopo Gandavensi, quoad audaciam haereticorum et libros prohibitos. *Ibid.*

[1] In MS. cod. Dominici de Azevedo exstant literae quibus die 11 augusti 1590 capitulum Antverpiense consulit capitulum metropolitanum Mechliniense de quibusdam quaestionibus episcopi jurisdictionem concernentibus.

Digitized by Google

1590 *junii* 10. Monachos S. Bernardi, Lyrae congregatos, paterne adhortatur, ut conveniant ad pagum de Puers in refugio dicto Coolhem, ibique conventum regularem constituant. Exstat epistola apud Sanderum, *Brab. illustr.* t. I p. 482. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. VI p. 252.

1590, *IX cal. decembris*, ipsius literae ad episcopum Iprensem, Petrum Simonis, de provinciae Belgicae calamitatibus. *Ibid.*

1591, *aprilis* 29. Ejusdem literae ad Gregorium XIV. *Ibid.*

Die 20 *julii*. Bulla qua Gregorius XIV declarat cassata et annullata esse ecclesiae cath. Antverpiensis privilegia exemptionis, quatenus militant contra jurisdictionem episcopalem. *Miraeus*, Op. dipl. t. II p. 11 07. Cfr. Diercxsens, op. cit. t. VI p. 259 et seqq.

In cod. MS. bibl. regiae Brux. num. 13571, in fol., exstat *Deductio controversiae jurisdictionis episcopalis Antverpiensis*, MS. pagg. 67, ad cujus calcem sequitur Torrentii epistola de die 9 octobris 1592 ad episcopum Buscoducensem Clementem Crabeels, in qua ait : « Sententia illa pro jurisdictione nostra episcopali paene ante biennium Romae adversus capitulum meum » lata, non obstantibus quibuscumque privilegiis atque exemptionibus, iterum atque iterum solemniter confirmata, tandem » in rem abiit judicatam, ita ut nemo amplius se opponat, » perpetuo omnibus imposito silentio, ut ex copia authentica » his literis adjuncta Dominatio tua reverendissima manifeste » cognoscet. Accedit quod et rex et regis consilium ita cupiunt » observari. Sed et cardinalis Alanus, noster ut spero futurus » archiepiscopus, huic ipsi causae plurimum favet. Nam et » Romae negotium commendavit, et literas congratulatorias ad » me misit. Omittere itaque nolui, quin facti hujus omnes provinciae nostrae episcopos facerem certiores, quos inter tanto » majori Dominatio tua afficietur gaudio, quanto gravior praecessoribus suis illa fuit molestia, quam tot annis perpessi sunt, » magno ecclesiae suae detrimento, nec minori totius populi » offensione. Superest ut hoc beneficio ad Dei gloriam ac suorum

Digitized by Google

» salutem Dominatio tua Rev^ma^ utatur diu incolumis; non mi-
» nus enim ad ecclesiam tuam quam ad nostram spectat, cum
» utrobique eadem subsit ratio, ut et in aliis omnibus noviter
» institutis. » Similes Torrentii literae ad episcopos Gandavensem, Brugensem et Iprensem leguntur in laudato cod. MS. literarum bibl. reg. Brux. num. 15704, atque ex his liquet illam *Deductionem controversiae*, a Torrentio exaratam fortasse ut typis aliquando ederetur, missam fuisse Belgii praesulibus, eo tempore quo cardinalis Alanus, Romae degens, designatus erat archiepiscopus Mechliniensis, et quo vacabat sedes Ruraemundensis, quam accipere reluctabatur adhuc Henricus Cuyckius [1].

1592. Torrentius instituit catechismum, non tantum in parochialibus ecclesiis, sed et in praecipuis civitatis sacellis. Salutarem hanc institutionem senatus Antverpiensis edicto de die 20 nov. 1593 denuo confirmavit. Dierexsens, op. cit. t. VI p. 275 et 283.

1593, *aprilis* 24. Torrentii literae, de ordinanda in provinciis Belgicis ecclesia, et ne cogatur accipere archiepiscopatum Mechliniensem, scriptae ad cardinalem Alanum et Clementem VIII. Cit. cod. MS. bibl. reg. Brux.

1594, *cal. februarii*. Scribit Henrico Cuyckio, S. T. doctori Lovaniensi, deinde episcopo Ruraemundensi, optare se Lovanium excurrere, ut quod ibi meditatur, citius et facilius absolvere possit, ad studiorum omnium profectum et ecclesiae gloriam, scilicet fundationem novi gymnasii seu paedagogii pro Patribus Societatis Jesu. De hoc negotio plures leguntur ad Cuyckium et alios literae in cit. cod. MS. bibl. reg. Brux.

Die 13 *aprilis*, de eodem negotio scribit ad Cuyckium et ad facultatem Artium. Cit. cod. MS.

Die 20 *ejusdem mensis*, Cuyckii responsum ad Torrentium. Ex autographo apud me.

[1] Plura insuper documenta ad hanc controversiam spectantia leguntur in *Actis episc. Antv.* Registr. B p. 56 et seqq.

Digitized by Google

Die 4 maii. Torrentius gratias agit Joanni Striano, episcopo Middelburgensi, quod ipsius institutum de fundando illo novo gymnasio Lovaniensi laudet. Cit. cod. MS. bibl. reg. Brux.

Pridie nonas maii. Ejusdem literae de eodem negotio ad rectorem et universitatem Lovaniensem. In cit. cod. MS. et apud Valerium Andream, *Fast. Acad. Lov.* p. 378. — Eodem die literae ad Cuyckium, quae leguntur in cit. cod. MS.

XIII cal. junias. Responsum Universitatis ad Torrentium. Apud Val. Andream, op. cit. p. 379, ubi enarratur controversia, quam Universitas cum Patribus S. J. habuit, et quam Clemens VIII decreto apostolico in favorem Universitatis composuit anno 1595 et 1596.

Eodem anno 1594, *die* 26 *augusti*, statuta curiae episcopalis Antv. per Torrentium edita et publicata. MS. authenticum, numquam typis vulgatum, exstabat in bibliotheca Gasparoli, canonici Antv.; ejusdem copia, in qua statuta illa publicata dicuntur 26 augusti, post mortem Torrentii, exstat in regia bibl. Brux. Cfr. *Synodici* t. I p. 456.

Eodem anno die 5 *novembris*, in epistola ad Adrianum Varaeum, archidiaconum Gandavensem, scribit Torrentius : « De » Rev^me^ cardinali Alano hoc unum ex ipsius ad me literis habeo, » propendere eum in illam sententiam, ut ad nos veniat ac regis » voluntati obsequatur; necdum tamen plane constitutum, » scripturumque iterum ad me et ad Serenissimum Archiducem » gubernatorem nostrum, antequam itineri se committat. Re- » spondi prolixe, ipsiusque hunc animum confirmavi, atque » omnem, quoad vixero, operam obtuli, quo facilius adduca- » tur, ut afflictissimae Ecclesiae collabenti succurrat. Si quid » amplius intellexero, faciam te certiorem. »

De Alani ac Torrentii nominatione ad sedem Mechliniensem multa hucusque haud satis accurata a variis prolata sunt. Ita vero se res habet : Mortuo Hauchino an. 1589, a Philippo rege designatus est cardinalis Alanus, tunc Romae degens. Aegre hanc nominationem suscepit, idque efficere studuit, ut ipsius

Digitized by Google

loco Torrentius substitueretur. Interim obiit Alanus 17 cal. novembris 1594; tunc iterum actum est de nominatione Torrentii, qui vix adduci potuit ut sedem Antverpiensem relinqueret. Res in medio haesit, et paulo post Torrentius fato cessit.

Eodem etiam anno 1594, Torrentius, ob summam in rebus patriae experientiam, a rege ad consilium Status Belgii accitus est. Provinciarum nostrarum gubernator tunc erat Ernestus, archidux Austriae, de quo Torrentius in epistola de die 27 sept. 1594 ad Nuntium apostolicum ita loquitur : « In durissima hac, » quam suscepit, provincia, a cujus salute magna pars orbis » christiani dependet, ... auxilio ipsi opus esset, qui natura (ut » mihi visum est) paulo remissior atque benignior quam res » nostrae ferant, acriori indiget stimulo, ut, severe, adminis- » trando justitiam, pertimescere [1] possit, cum militum, tum » aliorum etiam hominum omnis paene generis iniquitatem; » notum enim quo maxime hic morbo laboramus, cui medendo » ferro et cauteriis opus est, donec ordinata tandem militari » disciplina caeteri ordines minus afflicti respirent aliquan- » tulum, ac lubentius obsequantur..... Tarda profecto hac » praesertim tempestate sunt Hispanorum consilia, cum interim » non cesset hostis, ut magno nostro jam toties experti sumus » malo. Speramus tamen meliora; et profecto non absque sin- » gulari divini numinis gratia factum est, ut per annos paene » triginta assiduis attriti bellis speremus adhuc nec sperare de- » sinamus; qua in re bona gentis hujus nostrae indoles maxime » cernitur, nec minus perspecta est in veteri religione con- » stantia. » Cit. cod. MS. bibl. reg. Brux.

1595 *die* 1 *februarii*. Signat tabulas, quibus dotat et fundat collegium pro Patribus S. J., qui Lovanium advenerant circa annum 1541, ibique domum seu residentiam certis sub legibus acceperant anno 1562 [2]. *Desiderantur illae tabulae.*

[1] Forte *perstringere* seu *continere*.

[2] Inter primos Academiae alumnos qui Societati Jesu nomen dederunt, fuit Adrianus Adriaenssens, Antverpiensis, qui anno 1551 solemnem profes-

Digitized by Google

Die 18 *martii*. Claudius Aquaviva, S. J. praepositus generalis, rrentii donationem acceptat. *Literae apud me.*

Ad collegii dotem Torrentius contulit viginti quatuor millia renorum, bibliothecam lectissimam et numerosissimam, ad ginta millia florenorum aestimatam, aliamque bonorum suo-m partem, ita ut merito collegii illius fundator nominetur.

Totus in eo erat, ut ante obitum suum collegii institutio perfice-tur. Et, quasi instantem praesentiret mortem, ita die 28 martii 595 scribit ad Oliverium Manarium, S. J. presbyterum : « Cum tuam potissimum secutus auctoritatem gymnasium nostrum Lovaniense ad Dei gloriam et Ecclesiae suae sanctae utilitatem fundare inceperim, ac totus in eo sim, ut quod non infeliciter incepisse mihi videor, divino fretus auxilio quam citissime fieri poterit perficiam, nec aetas mea, accedente morbo per-quam difficili ac diuturno, longam ferat moram, si instituti mei fructum ante mortem videre aliquem velim; dubitari non po-test quam gratissimae mihi fuerunt postremae literae tuae, tamquam testis tuae in hoc ipso negotio diligentiae: quamquam enim eadem quoque ex aliorum cum literis tum sermonibus intellexi, nihil tamen jucundius quam abs te, tali ac tanto viro, confirmari, hoc praesertim tempore cum hujus nostri veluti navigii (loquor autem de republica) clavum tenens [1] te prae-cipue ante oculos ponat, cujus admonitionibus atque consiliis actiones suas dirigat, neque quicquam sciens admittat, quo divina justitia offendi possit. Rogo igitur quantis possum pre-cibus, ut conatus nostros promovere pergas, neque cesses, donec Summi Pontificis ac Catholici Regis gratia voti compo-tes facti Lovanium atque adjacentes regiones juvemus et illus-

ionem emisit in manus Ruardi Tapperi, S. T. doctoris et Academiae rectoris, ovae Societatis primarii protectoris.

[1] Post archiducis Ernesti immaturam mortem (21 febr. 1595), consensu rdinum procurationem Belgii suscepit comes de Fuentes, donec novus e re-io stemmate gubernator adveniret. Magnae apud comitem auctoritatis habe-atur pater Oliverius, eique erat a sacris confessionibus et concionibus.

Digitized by Google

» tremus. Ego sane quo saepius hac de re cogito, eo majo
» semper spero, nec dubito quin invidiam quoque ipsam et di
» cultates omnes superemus. Decreveram autem hoc nomi
» ante paschales ferias venire Bruxellam, atque inter alia no
» gubernatori (cujus in administrandis istis provinciis ini
» mihi mirifice placent) et congratulari et deferre obsequium
» Sed hactenus obstat morbus plane malignus ac contumax, u
» vix pedibus insistere possim, ac veteri morbo accessit etiam
» novus, tussis gravissima, quae me prorsus extenuat atque ex-
» haurit; imminente tamen jam vere sperare lubet meliora, nec
» cordi enim nec cerebro male est. Atqui adeo non sum plane
» ociosus, aliquid semper et scribendo et loquendo praestans
» unde rebus nostris auxilium adferatur; nec quicquam aequa
» curae est quam ut, remisso aliquantulum frigore, ad vos ve-
» niam. » Quinto etiam cal. aprilis ad Lovaniensem Societati
Jesu rectorem scribit, decrevisse se, licet non satis prospera si
valetudo, Bruxellas accedere atque illinc Lovanium excurrere
ad videndam vineam (collegium scilicet) quam plantaverat; ipsius vero academiae splendorem et dignitatem ab hoc collegio dependere arbitrabatur. Cod. MS. cit. bibl. reg. Brux.

Die 25 *aprilis*, quum Bruxellis consilio Status Belgii adscriptus reipublicae negotia curaret, extremum diem clausit. Pastor verus ac praesul doctissimus dioecesim Antv. rexit per annos octo, menses quatuor et dies decem, infausto admodum tempore. De ipsius vita et scriptis vide Diercxsens op. cit. t. VI p. 291; Foppens, *Bibl. Belg.* t. II p. 793, et Paquot, *Mémoires* t. II p. 95. Quae vero illi aliique scriptores de Torrentio tradiderunt, absit ut nihil ultra haec addi queat. Plura sane de praesulis vita et scriptis apud eos desiderantur, atque adeo de illis pleniorem aliquem commentarium, quemadmodum pro Sonnio praestiti, edere cupio.

Post obitum Torrentii vacavit sedes per annos circiter tres, vicariis capitularibus Carolo Masio, S. T. L., decano Antverpiensi, anno 1607 ad cathedram Iprensem promoto, et Sylvestro

Digitized by Google

ıdo, S. T. L., jam antea eodem munere perfuncto. Quid autem ri episcopi nominationem tardaverit, non liquet, inquit ercxsens, nisi forte obstiterit negotium separationis espicoıus ab abbatia S. Bernardi, quod post Torrentii obitum serio itari coepit.

§. IV.

Guilielmus de Berghes, III episc.

Anno 1597 ab Alberto Austriae archiduce ad regendam ecclesam Antverpiensem destinatur Guilielmus de Berghes, ex praebili baronum ac comitum Grimbergensium stemmate oriundus, canus cathedralis ecclesiae Leodiensis, multisque legationibus ıb episcopo Gerardo Groesbecano honorifice perfunctus.

1598 *die* 29 *martii*, consecratur in cathedrali Antverpiensi er suum metropolitanum Matthiam Hovium, archiepiscopum echliniensem, assistentibus Petro Damantio Gandavensi et isberto Masio Buscoducensi episcopis.

Eodem anno, mense martio et aprili, monachi S. Bernardi, qui ede vacante multa egerant ad obtinendam separationem abbae ab episcopatu, incoepta sua sub novo illo episcopo persecuti unt. Quumque in Belgio omnia tentassent frustra, sedis apotolicae praesidium implorare decreverunt. Itaque exeunte anno 598 Romam deputarunt quosdam e suis, qui rem ad effectum erducere conarentur. Deputatio omni caruit effectu, et abbatia dhuc quinquaginta annis episcopatui unita mansit. Vid. infra d an. 1600.

Die 19 *junii ejusdem anni* 1598, capitulum cathedrale, trinta annis post Pii V bullam de die 8 julii 1568, qua abolentur reviaria particularia (exceptis iis quae a ducentis annis erant in ısu), dimisit proprium suum breviarium, et acceptavit breviaıum romanum, decernens et mandans capitulariter omnia prae-

Digitized by Google

paranda esse ad inchoandum officium divinum juxta breviarium romanum in Adventum proximum, ut constat ex actis capituli [1].

Minime dubitandum est, illud effectum fuisse opera episcopi Guilielmi de Berghes. Jam enim Sonnius in prima synodo provinciali Mechliniensi de recipiendo breviario romano sollicitum se praebuerat, et ipsa synodus tit. IV cap. 16 mandaverat, ut *omnes sese accommodent in lectione Horarum tenori bullae apostolicae per Pium papam V editae et hic publicatae.*

Breviarium illud Antverpiense, praelo excusum Venetiis 1496 duobus tomis in-8°, videtur diu fuisse in usu antequam typis vulgata sunt exemplaria. Haec adeo habentur rara, ut Diercxsens dicat se duo tantum exemplaria editionis Venetae reperire potuisse, eaque non integra. Totius breviarii descriptionem exhibet op. cit. t. VI p. 309-322.

Ait etiam non constare, an capitulum dimiserit suum breviarium et assumpserit romanum, quia ducentis annis in possessione non fuerat (quod verosimile non est); an potius quia romanum magis placeret, et in eo acceptando, auctore episcopo, omnes canonici consenserint. Quod autem per triginta annos post decretum pontificium res dilata sit, adscribendum est turbis civitatem continuo vexantibus. Simili de causa in aliquibus provinciae Mechliniensis ecclesiis serius adhuc usum breviarii romani receptum fuisse, conjicere licet ex tit. XII cap. 5 concilii provincialis anni 1607 [2].

Raro obvium est antiquum Venetae editionis breviarium Antverpiense; sed et rarissimus huc spectans libellus, quem forte fortuna inter veterum chartarum lacinias inveni, scilicet : *Ordo celebrandi divinum officium secundum morem romanae ecclesiae pro anno M D XXXIIIJ*, Antverpiae apud Michaelem Hillenium cum gratia et privilegio, pagg. 16 in-12. Inter illos libellos, quos vocant *Directorium* seu *Ordo* ad rite celebrandas Missas

[1] Vide *Synodici* t. I p. 39 et 104.
[2] *Ib.* t. I p. 382.

Digitized by Google

legendas Horas canonicas, hucusque non vidi antiquiorem
ıis in Belgio expressum.

Die 7 *octobris*. Ordinationes Guilielmi de Berghes de observa-
ıne festorum. *Fol. pat. idiomate vernaculo.*

Exeunte hoc anno 1598, statuit episcopus cum capitulo
ıum ecclesia Antverpiensis assueta esset colere plures sanctos
aesertim Belgii vel exteros etiam, qui patriam nostram praedi-
tione vel vitae sanctitate illustraverant) quaedam officia illo-
m sanctorum ex proprio antiquo breviario retinere, eaque re-
rmare ad normam breviarii romani. Emerserunt inde *Officia*
oecesana, de quibus vide Diercxsens op. cit. tom. VI p. 325-330.

1599 *junii* 4, in capitulo communi suffragio statuitur, ut ab
nnibus in officio divino servetur usus romanus; idque ut foret
ıiformitas, et ne diversitas in celebrandis officiis confusionem
ıreret. *Acta Capituli.*

Anno 1600. Monachi S. Bernardi, videntes iter romanum (de
ıo supra ad an. 1598) ad eorum nutum non cessisse, fortius
ıstare coeperunt apud episcopum, a quo tandem hoc anno at-
ıe a capitulo consensum obtinuerunt ad faciendam transactio-
em super dissolutione et bonorum separatione et dote episco-
ıtus. Belgii principes hanc quidem transactionem approbarunt,
ed judicarunt absolutam bonorum separationem pro tempore
ondum convenire, quum abbatiae aedificia adhuc jacerent in
ıinis. Negotium multis deinde annis infectum haesisse, constat
ı transactione anno demum 1636 inita. Diercxsens op. cit.
ɔm. VI p. 343.

1601, *septembris* 25. Eriguntur in dignitates archipresbyte-
atus et poenitentiaria ecclesiae cathedralis, datis per episcopum
apitulo literis *non praejudicii*. Similis quaestio quoad archidia-
oniam anno 1575 composita fuit sub Sonnio.

Notat Diercxsens, op. cit. tom. VI p. 349, post erectionem
arum dignitatum quatuor in capitulo Antverpiensi ultra et
ost decanatum fuisse dignitates, scilicet archidiaconatum, can-
ɔriam, archipresbyteratum et poenitentiariam; thesauriam et

Digitized by Google

scholasteriam, quae alibi inter dignitates censentur, in hoc capitulo nonnisi mera officia fuisse.

Eodem anno Guilielmus de Berghes, postquam tribus annis ecclesiam Antverpiensem summa cum laude gubernasset, nominatus et translatus est ad metropolitanam sedem Cameracensem [1].

Deinde per tres circiter annos vacavit sedes Antverpiensis, vicario capitulari Sylvestro Pardo, S. T. L.

§. V.

Joannes Miraeus, IV episc.

1603 *die* 26 *julii*, archiduces Albertus et Isabella literis Gandavi expeditis ad cathedram Antverpiensem nominant Joannem Miraeum, vulgo *Le Mire*, Bruxellensem, S. T. L., ecclesiae S. Jacobi in Frigido Monte Bruxellis nec non Aulae Belgicae pastorem et canonicum ecclesiae S. Gudilae.

Exstant literae in *Actis episc. Antv. Regist. B, p.* 1. Nota Registrum Actorum sub Miraeo, inceptum die 25 junii 1604, conscriptum fuisse a celeberrimo illo SS. Canonum interprete, Francisco Zypaeo, qui fuit Miraei secretarius toto quo Antverpiensi ecclesiae praefuit tempore. Alterum secretarium habuit, scriptis etiam clarissimum, Aubertum Miraeum, nepotem suum, jam ab anno 1598 canonicum et deinde capituli Antverpiensis decanum.

1604, *die* 30 *maii*, postquam diu dignitatem episcopalem repudiasset, tandem in ecclesia cathedrali consecratur ab archi-

[1] Ecclesiam illam integerrime administravit usque ad annum 1609, quo obiit. Ejus heres unicus Jacobus de Berghes, baro de Grimbergen, die 5 augusti 1609, pro refrigerio animae praesulis fundavit bina anniversaria, anni singulis in die obitus 27 aprilis celebranda, in cathedrali Antverpiensi et in abbatia S. Bernardi. Vid. *Sanderi Brab. illustr.* tom. I p. 469 et 483.

Digitized by Google

scopo Mechliniensi Matthia Hovio, assistentibus Petro Da-
ntio Gandavensi et Francisco Buisseret Namurcensi episcopis.
lerat etiam Franciscus Ribeira ordinis Fratrum Minorum, epi-
opus Leigliniensis in Hibernia, qui fidei causa exul tunc Ant-
rpiae in conventu sui ordinis morabatur.

Miraeus invenit dioecesim miserrime per bella et haereses
statam et plerasque parochiales ecclesias pastoribus viduatas,
ut alicubi septem parochiis unus parochus inserviret. Prima
que ei cura fuit, ut juxta praescriptum a Concilio Tridentino
igeretur seminarium, quod vivens fovit, et moriens opibus
mulavit; huic scholae anno 1605 primum praesidem dedit
urentium Beyerlinck, S.T. L., ecclesiae cathedralis archipres-
terum [1]. Interim, ut pastorum penuriae consuleret, presby-
ros aliunde, potissimum ex ordine S. Norberti, advocavit ad
gendas ecclesias pastoribus destitutas [2]. Pauperem etiam et in
le rudiorem juventutem edoceri voluit institutis scholis domi-
calibus, quas concilium provinciale Mechliniense anni 1570,
igendas esse decreverat. Institit praeterea, ut praeter scholas
terarum humaniorum, quas Patres Societatis Jesu tenebant,
ias similes aperirent Dominicani et Augustiniani, quatenus juve-
es in his aliisque pietatis et literarum palestris debite instructi
l seminarium episcopale assumerentur [3]. De recta clericorum
stitutione quam sollicitus fuerit, patet ex eo, quod (si vita
mes fuisset) collegium theologicum in universitate Lova-
iensi vel Duacena fundare statuerit, quodque ab eo sex studio-
m bursae institutae sint, ea lege ut bursam unam continuo.
lteram alternatim religiosi abbatiae S. Bernardi possiderent,
is vero consanguineis praelatis quoad quatuor aliarum usum [4].

[1] Cfr. Diercxsens, op. cit. tom. VI p. 361.
[2] Vide Miraei literas ad abbatem Parcensem de die 3 augusti 1605, apud
ercxsens, op. cit. tom. VI p. 362.
[3] Vid. Diercxsens, op. cit., tom. VI, p. 360.
[4] Cfr. op. cit., tom. VII, p. 60.

Digitized by Google

1604 *junii* 25. Concedit Matthiae Van der Goes, pastori i Mera et decano christianitatis Bredanae, potestatem recon ciliandi pollutas ecclesias illius decanatus.

Die 29 *ejusdem mensis*. Joannes Delrio constituitur vicari generalis tempore absentiae episcopi.

Die 30 *ejusdem mensis*. Heylewegh, canonicus ecclesiae cath dralis, constituitur defensor jurium episcopalium in district Bredano. Similes commissiones datae fuerunt in districtu Lira Goswino Gatzoy, J. U. L. et canonico Antv., in Herendalien canonico Lucae, et in Bergensi canonico Steenborch.

Ineunte anno 1605. Miraeus varia condit decreta de recitandi precibus ante et post concionem in pagis, de juramento obste tricum, de ludimagistris, et de observandis iis quae Synodu Antverpiensis anni 1576 ordinat quoad cultum divinum. Manda etiam, ad evitandam difformitatem in praedicatione et decanta tione evangelii in dominicis, ut omnes in eo observent usum ordinis romani. *Registr. B p.* 40, *fol. vers.*

1605 *octobris* 3. Miraei mandatum pro pistoribus quoad festo rum observationem; idiomate vernaculo. *Registr. B p.* 52.

Die 8 *ejusdem mensis*. Formula observandi divini officii i templo S. Jacobi Antv., a Joanne Miraeo praescripta. *Ibid. p.* 52 *fol. vers.*

Die 29 *novembris*. Consultatio a theologis universitatis Duacenae ad petitionem Miraei data de contractu triplici, ab illius academiae professoribus Guilielmo Estio, Balduino Rythovio e Judoco Heylen. *Ibid., p.* 50-52.

Die 10 *decembris*. Ordonnantie van Jo. Miraeus voor t' cloiste van Ter Nonnen, *seu* Ste-Margrieten-Dael. *Ibid., p.* 49. Die 8 aprilis 1608 hisce statutis quaedam puncta addidit. *Ibid. p.* 62 *fol. vers.* Eodem an. 1608 ordinationem fecit pro Xenodochi Antv. *Ibid., p.* 63.

1606 *januarii* 13. Ejusdem decretum de affidatis (*sommigh persoonem alleenelic gesekert ende ondertrout*) maritaliter viven tibus, curiae ecclesiasticae denunciandis. *Ibid. p.* 53.

Digitized by Google

Die 6 *junii*. Senatus Antv., episcopo ad extirpandas morum orruptelas laboranti auxilium praebere cupiens, varia decreta ondit circa lupanaria, lenones, caupones, balneatores et balnearices. Cfr. *Diercxsens*, op. cit. t. VI p. 367.

Mensibus junio et julio. Acta congregationis pastorum districus Lirensis et Herentallensis, sub Joanne Miraeo celebratae irae 13 junii, Herentallis vero 18 julii an. 1606. — Acta illa, uae leguntur in *Registr. B.* p. 54-55 fol. vers., constant artiulis triginta; eorumque major inde habenda est ratio, quod rae se ferant regulam, quam in reformanda dioecesi sibi praeripserat Miraeus.

Circa finem ejusdem anni ordinat episcopus ea, quae spectant d officium archidiaconi. *Registr. B.* p. 61.

Die 10 *octobris*. Decius Caraffa, archiepiscopus Damascenus, uncius apostolicus in Belgio, prohibet Cisterciensibus, ad petiionem Miraei, visitationem monasterii Sancti Bernardi.

Hoc circiter tempore monachi illi apud Belgii principes frusra institerunt pro separatione mensae abbatialis ab episcopatu. fr. *Diercxsens*, op. cit. t. VI p. 358.

1607 *decembris* 20. Ordonnantien en statuten van den heere eken en capittel van Antwerpen, raekende de goddelyke dienten, distributie voor de choor, het officie van den pastoor en ndere dienaers der parochiaele kerke deser stad; met confirnatie van Miraeus. — Citatur in *Miscell. belgicis Verdussen* . VIII fol. 14.

Quid Miraeus hoc anno in tertio concilio provinciali Mechliiensi egit, vide in *Synod. Belg.* t. I p. 242 et seqq., et praesertim . 347 et seqq., ubi leguntur Miraei literae quoad impetrandam Sede Apostolica conciliorum prov. Mechl. an. 1570 et 1607 conirmationem.

1608 *januarii* 28. Cardinalis Bellarmini ad Miraeum literae, uibus praesulem laudat ob relationem status ecclesiae Antv., jus zelum pro grege praedicat, eique consilium et operam proittit, uti et Dionysio Christophori Romae tunc degenti ad im-

Digitized by Google

petrandam confirmationem concilii provincialis. *Registr. B.* p. 7 fol. vers. Cfr. *Synod. Belg.* t. I p. 344.

Die 13 *februarii*. Concordatum inter Augustinianos, Antve piaea dmissos, et capitulum cathedrale. Huic instrumento i nexae erant literae Miraei et nuncii apostolici, quibus illi a missionem et pacta approbant. Illae autem literae desideranti apud *Diercxsens*, qui op. cit. t. VII p. 19-30 concordatum refe

Die 10 *martii*. Literae card. Pamphilii ad Miraeum, post ex minatum a congregatione Interpretum concilii Tridentini st tum ecclesiae Antv. scriptae. *Registr. B.* p. 68 fol. vers. *Ibid.* p. 64 ad 68 leguntur declarationes, commissiones et responsi nes ejusdem congregationis ad varios libellos supplices Miraei.

Eodem anno. Hospitale Turnhoutanum convertit in monasterium monialium, quae aegros curarent, ad normam aliorum hospitalium Belgii, evocatis religiosis ex hospitali Lyrano. Opus a Miraeo coeptum perfecit anno 1611 Joannes Malderus, cujus literas de die 27 augusti refert Le Roy in *Notitia marchionatus Antv.* p. 393.

Eo etiam anno praesul Campiniae agros, Bredam usque, obiit.

1609 *januarii* 15. Senatus Antv. acceptat concilium prov. Mech. an. 1607 et edictum Archiducum super eo factum. *Registr. B.* p. 95 fol. vers.

Eodem die decretum edit de scholis dominicalibus. *Ibid. p.* 97.

Die 9 *aprilis*. Induciae cum foederatis Hollandiae Ordinibus Antverpiae in annos duodecim sancitae, idque praecipue per legatos regum Angliae et Franciae.

Huc spectat declaratio de religionis catholicae exercitio in Brabantia, quae in cit. *Registr. B.* p. 72 fol. vers. legitur: « Nous soubsignez ambassadeurs du Roy très-chrestien, em-
» ployez par Sa Majesté pour aider à faire la trefve avec Leurs
» Altesses, certifions messieurs les Estatz généraux des Pro-
» vinces-Unies et monsieur le prince Maurice nous avoir promis
» et donné leur foy, que rien ne sera innové en la religion ès

Digitized by Google

villaiges qui sont du ressort des villes des Provinces-Unies, situées en Brabant; et, tout ainsy que le seul exercice de la religion catholicque, apostolicque et romaine y a esté faict du passé, qu'il y sera continué de mesme, sans aulcun empeschement ny changement, et sans qu'on leur donne aulcun scandale. Promettons à ceste occasion, au nom de Sa Majesté, que si quelque contravention y estoit faicte, elle poursuyvra instamment lesdits seigneurs des Estatz pour la faire réparer; en sorte que ladite promesse soit effectuée de bonne foy. Faict à Anvers, le 9e jour d'avril 1609. Signé : P. Jeannin; Élie de la Place de Russy [1]. » Et en bas estoit : « Par copie collationnée à l'acte original reposant soubz moy, » Verreycken.

Die 9 *junii.* Praeses Jeannin scribit ad episcopum Antverensem, in literis ex Haga Comitis per decanum Aubertum iræum allatis : « Nosti quam difficile sit religionis nostrae cultum introducere cum eo splendore, qui rei majestati et dignitati suae convenit, in iis pagis qui sunt ditionis foederatorum Ordinum. Ideo tutius fore si tempore induciarum hoc tantum postulaveris, ut religio sarta tecta conservetur, pastoresque libere suum officium exequi possint, tam in administratione sacramentorum quam evangelii praedicatione; alia vero, quae tui ministerii sunt, si tua pietas et vigilantia omiserit, prudens consilium et laude dignum mihi videbitur, ne haec ingenia, quae facile exacerbantur, conquerantur denuo, ut jam fecerunt, hoc tantum promissum, ut pastores in divino cultu et servitio perseverent, uti tempore belli, quod etiam pro summo beneficio se concessisse putant, nec pati posse, ut aliquid amplius adjiciatur; et hoc, etiamsi durum, ferendum tamen censeo in iis initiis, donec paulatim odium deferbuerit, et mitigatis ingeniis plus liceat..... Innitendum est, ut vanae suspiciones et calumniae vitentur, ne qui religioni nostrae infensi sunt, habeant quod astute et inique querantur. Plura

[1] Cfr. Vander Vynckt, *Hist. des troubles des Pays-Bas* t. II p. 417 et 59, édit. de M. de Reiffenberg.

Digitized by Google

» in eam rem dixi domino Miraeo, viro pio, probo et erudito,
» cui precor, ut fidem adhibeas, meque existimes eum esse et
» perpetuo futurum, adjuvante Deo, qui summis votis et cona-
» tibus cupiam religioni nostrae, quam veram esse scio, et
» palam profiteor, prodesse. » *Ibid.* p. 73.

Die 20 *junii*. Idem episcopo Antverpiensi denuo scribit : « J'ai
» faict ordonner à l'assemblée des Estatz que ce qui a esté pro-
» mis par nous en leur nom (*scilicet per declarationem de die*
» 9 *aprilis Antverpiae factam*), touchant la religion catholicque
» ès villaiges qui sont en Brabant, sera suivy. » *Ibid.* p. 73 vers.

Licet declaratione de die 9 aprilis liberum catholicae religionis exercitium fuisset promissum, mox tamen ex parte haereticorum pacis conditiones violantur, eorumque ubique in dioecesi Antverpiensi crevit audacia. Huc spectant documenta, quae in cit. *Registr. B.* leguntur, scilicet :

1. *Contraventions contre ladicte acte du* 9 *avril;* p. 81 fol. vers.

2. *Pétition d'un règlement sur les excès des hérétiques;* p. 83. Proponuntur varia remedia conformiter ad edictum pacificationis in Gallia an. 1599.

3. *Instructio in causa religionis pro commissariis Hagam missis;* p. 85.

4. *Summaria deductio status haereticorum Antverpiae;* p. 86.

5. *Remedia contra haereticorum insolentias, communi consilio episcopi et primariorum de magistratu Antv. conclusa;* p. 88 fol. vers.

6. *Rationes quibus probatur episcopum Antverpiensem posse constituere pastorem in Ossendrecht, Woensdrecht et Putte, salvis induciarum articulis;* p. 89 fol. vers.

Die 8 *maii*. Archiduces mandant episcopo Antv., non licere per inducias exteris aliisque cum scandalo et haeresis professione vivere in hac patria. Cit. *Registr. B.* p. 71 fol. vers.

Die 20 *junii*. Lettre du président Jeannin à l'évêque d'Anvers. *Ibid.* p. 90 fol. vers.

Die 13 *julii*. Archiduces prohibent disputationes de religione,

Digitized by Google

et alia statuunt ad praeveniendas dissensiones inter populares, ne pacis negotium impediretur. *Diercxsens*, op cit. t. VII p. 42.

Die 10 *decembris*. Extrait d'une lettre de M. de Russy au roy de France sur le poinct de la religion. *Registr. B*, p. 92. Agitur in ea de querelis ab episcopo Miraeo factis ob violatam promissionem de die 9 aprilis.

Die 31 *decembris*. Decretum Archiducum de scandalis contra religionem impediendis. *Edict. Flandriae* t. II p. 3.

Hoc anno 1609 prodiit Antverpiae apud Trognesium prima editio Catechismi Mechliniensis, quem nonnulli Ludovico Makebleyde S. J., alii vero Henrico Cuyckio episcopo Ruraemondensi adscribunt. Cfr. *Synodici* t. I p. 381 et 458.

1610 *die* 23 *januarii*. Brief van den cancellier van Brabant aen die van Antwerpen, ter executie van 't placcaert van 31 december 1609. *MS. apud me.*

Eodem mense. Lettre de l'évêque d'Anvers au président Jeannin, sur le libre exercice de la religion catholique; il insiste pour que la juridiction épiscopale soit conservée dans les villages du ressort de Breda, etc.; qu'il puisse visiter les églises et confirmer; que les ecclésiastiques y jouissent des biens de leurs bénéfices. *Registr. B.* p. 90 fol. vers.

Die 29 *martii*, Miraeus convocat synodum, quae mense maio habita est.

Die 15 *decembris*. Lettre de l'évêque d'Anvers, dans laquelle, par ordre des Archiducs, il expose l'état de la ville d'Anvers et de son diocèse pour le faict des héréticques. *Registr. B.* p. 99-105. Epistola illa, in qua Batavorum in catholicos vexationes describuntur, missa fuit ad secretarium Praets. De iis quae egit Miraeus, ut servaretur promissio anno 1609 facta quoad liberum religionis catholicae exercitium, ita in illa epistola loquitur : « Pour obvier » à tous ces inconvénients, j'ay faict tout devoir humainement » possible, et ay envoyé le chanoine Miraeus, mon nepveu, en » France vers le président Jeannin, comme ayant signé la pro- » messe (*vid. supra ad* 9 *aprilis an.* 1609), et est après six mois

Digitized by Google

» retourné sans effect. J'ai envoyé en Hollande mon archidiacre
» et secrétaire, avecq instruction fort ample.... Après longues sol-
» licitations on les a renvoyés soubs prétexte qu'ils ne pouvoient
» rien faire, pour l'absence du comte Maurice : lequel estant re-
» tourné, j'ay envoyé derechef, comme présentement y est ung
» de ma part (*Aubertus Miraeus*), et prennent maintenant pour
» excuse que Barnevelt est malade. Son Altesse Sérénissime peut
» avoir souvenance qu'il avoit commis le mesme au S. Robiano
» et autres, et que rien n'est faict. »

Anno 1611 *die* 3 *januarii*. Antverpiae condit Miraeus suum testamentum, manu propria conscriptum. *MS. Cod. Bibl. regiae Brux. num.* 13570, *ad calcem*.

Eodem mense januario Miraeus ob negotia status Bruxellis agens, die 12, sub noctis medium, catarrhi defluxu suffocatus subito obiit, aetatis anno quinquagesimo secundo. Cfr. Van de Velde, *Synops. monum.* t. III p. 745, et Paquot, *Mémoires* t. II, p. 95 et seqq. In cod. MS. Bibliothecae regiae Brux. num. 13570 exstant ad calcem aliquae virorum illustrium ad Aubertum Miraeum literae, quae testantur quantum sui desiderium omnibus praesul reliquerit.

Rumor erat illum dato veneno fuisse subito exstinctum ; quem falsum esse hocce edito testimonio declaravit medicus :

« Anno Domini 1611, die 12 januarii incipiente, hora prima
» noctis, vocatus sum ad R^{mum} Dominum D. Ioannem Miraeum
» episcopum Antverpiensem, piae memoriae : quem inveni
» lecto decumbentem, collapsis viribus, sine motu, cum sudore
» diaphoretico, cum pulsu tamen arteriarum exiguo. Inquisitis
» inquirendis a Ludovico Fabri, pharmacopaeo, qui una cum
» Guilielmo Le Mire, defuncti fratre, R^{mo}. Domino tunc
» aderat, ac generalia exhibuerat, indicavi ipsum a catharro
» suffocari, et jussi statim inungi sacro chrismate. Nam de die,
» circa horam decimam antemeridianam, sacrum missae sacri-
» ficium celebraverat, ut solebat quotidie facere. Inunctus, ad
» medium secundae ejusdem noctis piissime obdormivit in Do-

Digitized by Google

» mino. Mane facta incisione anatomica per M. Hubertum Giel-
» mans chirurgum a nobis adjutum, invenimus omnia membra
» optime constituta, excepta corporis mole, ob quam minus or-
» gasmo catharri resistere potuerat: aesophagum cum ventriculo
» perpendiculariter incidentes, et curiose digitis omnia contenta
» contrectantes. Itaque tantum chyli, cibi potusque, sine alicu-
» jus veneni suspicione, invenimus, quantum commode duabus
» manibus simul junctis excipere potuissem. Proinde a M. Paulo
» van Winterbeke, cubiculario R^mi Domini piae memoriae, petii
» quid in coena sumpsisset: qui mihi retulit R^mum Dominum in
» coena semper esse sobrium, ista autem nocte ipsum quidem
» gustasse tria minora vitra vini, sed non ebibisse, item par-
» ticulam perdicis et capitis apri cum modico saccari sumpsisse.
» Quod attestor signo meo manuali subsignato, die et anno ut
» supra. — Paulus Jacobi, medicus physicus Bruxellensis. »

Defuncti corpus Antverpiam delatum magno omnium luctu conditum fuit in choro ecclesiae cathedralis, ubi ad partem meridionalem erecta fuit praesulis memoriae tumba marmorea. In funere eum laudavere, Antverpiae Joannes Delrio et Laurentius Beyerlinck, Duaci vero Joannes a Sancto Laurentio, orationibus disertis, utrobique typis editis.

Sede vacante, episcopatum per menses fere septem administravit vicarius capitularis Joannes Delrio, decanus ecclesiae cathedralis, de quo vide *Diercxsens*, op. cit. t. VII p. 162.

Post sancitas inducias an. 1608, Miraeus curam omnem impenderat restaurandis templis bellorum injuria devastatis. De mediis opportunis diu multumque actum fuerat, sed negotium ex parte aulae processit tarde. Post mortem Miraei vicariatus cum capitulo cathedrali iterum ad principes recursum habuit, supplicavitque ut absque ulteriori mora templa restaurarentur. Hinc die 25 martii an. 1611 diploma vulgatur, quo media ecclesiis instaurandis opportuna exhibentur, quorumque summa exstat apud *Diercxsens*, op. cit. t. VII, p. 61, et pp. 62-65 ipsum edictum gallice ex t. I *Edict. Brab.* p. 63.

Digitized by Google

§. VI.

Joannes Malderus, V episc.

1611. Joannes Malderus, seu *Van Maldere*, Leeuwis S. Petri Brabantiae municipio natus, in universitate Lovaniensi theol. doctor et professor et seminarii regii praeses, postquam eruditionem eximiam per annos plures tum viva voce tum libris editis probasset, nullo ambitu aut importunis amicorum studiis, sed sola virtutum ac doctrinae fama, a principibus Alberto et Isabella ad cathedram Antverpiensem sublimari meruit.

Die 7 *augusti*, solemni ritu inauguratus est per Matthiam Hovium Mechliniensem archiepiscopum, assistentibus Carolo Masio Gandavensi et Jacobo a Castro Ruraemundensi episcopis. Agebat tunc annum aetatis quadragesimum nonum; annos vero viginti et duos praefuit dignissimus ecclesiae praesul et pastor ovium, pater pauperum et doctor subditorum, quos sanctissimae vitae exemplis ad pietatem continuo exstimulavit.

Dioecesim nactus est vario motu agitatam, maxime postquam evoluto induciarum tempore bellum recruduit. Initio quidem praecipua ei cura fuit, ut iis quae haeretici agebant contraria promissis die 9 aprilis 1609 modus aliquis poneretur. Plura huc spectantia documenta continet cit. *Registr. B.*

1612 *die* 3 *maii*. Lettres de Malderus à M. de Refuge, légat de France à La Haye; il le supplie d'effectuer que les états donnent ordre de faire cesser les contraventions à l'acte du 9 avril 1609. *Regist. B.* p. 117.

13 *junii*. Lettre du même à Renon Le Bailly, ambassadeur des Archiducs à la cour de France, pour le prier de vouloir apporter dans cette cause son industrie et tout devoir possible. *Ibid.* p. 117 fol. vers.

Digitized by Google

Eodem die. Lettres du même, sur le même sujet, au président
ınnin. *Ibid.* p. 118.

27 *junii.* Lettre écrite de Paris par Renon Le Bailly à Malde-
s, concernant les efforts et les excès des hérétiques. *Ibid.* p. 107
. vers.

7 *julii.* Literae Malderi de eodem religionis negotio ad nun-
ım apostolicum in Gallia, Ubertum Ubaldinum, episcopum
ɔntis Politiani. *Ibid.* p. 109.

Eodem die. Lettre de Malderus, au sujet de la même affaire,
Renon Le Bailly; il dit que les hérétiques continuent leurs
cès et contraventions, et que l'envoyé de France en Hollande,
. de Russy, incline en leur faveur. *Ibid.* p. 109 fol. vers.

9 *julii.* Le Bailly ex Lutetia Parisiorum scribit ad Aubertum
iraeum, reginam injunxisse suis apud status Hollandiae orato-
ɔus, ut rem catholicam promoveant. — Additur sequens copia
ıistolae regiae : « M. de Refuge, Le sieur Bailly, ambassadeur
des Archiducques des Flandres, résident près du Roy mon
seigneur mon filz, a faict plaincte de certaines contraventions
faictes dans le Brabant par ceulx des S^rs^ les Estatz au préjudice
du traicté de la trefve et de la promesse conventionnée, qu'en
ont faicte les ambassadeurs du feu Roy mon seigneur, qui ont
moienné la conclusion de la trefve, de laquelle promesse je
vous envoye la copie [1]. C'est pourquoy, come le nom du Roy
mon seigneur et filz est engaigé à faire réparer telles nou-
veautés, vous en ferez toute instance auprès S^rs^ les Estatz, afin
que, les cours de telles entreprises estant réprimés par l'ordre
qu'ilz y doivent donner, les Archiducques n'ayent subject de
nous en faire nouvelle plaincte. Vous me donnerés advis de
ce qui en sera réussy. Et prie Dieu, M. de Refuge, qu'il vous
ayt en sa saincte et digne garde. Escript à Paris, le VIIIe jour
de juillet 1612. » *Registr. B.* p. 110 fol. vers.

23 *julii.* Lettre de Malderus à M. de Refuge, ambassadeur de

[1] Vid. supra ad 9 aprilis 1609, p. 50.

Digitized by Google

France en Hollande; il lui adresse les lettres de Sa Majesté très-chrétienne, par lesquelles l'ambassadeur est chargé au nom de Sa Majesté de faire toute instance près des États à ce que soient empêchés les excès et contraventions qui se font journellement, par les entreprises des ministres protestants, sur les villages du plat pays de Brabant, contre la promesse faite par les États au sujet du seul exercice de la religion catholique. *Registr. B.* p. 111.

In cit. *Registr. B.* p. 111-113 fol. vers. sequitur memoriale de excessibus in pagis prope Bredam et Bergas-ad-Zomam a praedicatoribus haereticis commissis. Eminebat inter illos apostata Henricus Boxhornius [1]. Adductis multis militibus, die 18 aprilis 1612, concionem habuerat in Roosendael contra voluntatem et protestationem praetoris, magistratus et incolarum : unde magnus fuit tumultus in populo. Die 21 ejusdem mensis, eadem occasione altera commotio excitata fuit, et parum abfuit quin ad manus et arma veniretur. Roosendalienses aliorumque pagorum incolae, religioni catholicae maxime addicti, Hollandiae Ordinibus plures libellos supplices obtulerunt, ut ab his aliisque vexationibus liberarentur.

8 *octobris*. Monachi S. Bernardi cum episcopo Miraeo de quota episcopo annue tribuenda contractus temporaneos inierant. Malderus vero, ad obviandum renascentibus difficultatibus, desideravit, ut decideretur, quid sibi et quid monachis ex bonis monasterii cederet; ideoque ad aulam recurrit, ut quidam delegarentur, qui re ponderata contractus formam pro episcopi vita durante conciperent. Delegati, Matthias Hovius, archiepiscopus Mechliniensis, et Nicolaus Zoesius, formam contractus die 8 octobris conceperunt, quem Archiduces datis literis approbarunt. Sublatis itaque dissensionibus, coepit episcopus restaurare aedes monasterii, ad quod religiosi, hactenus in Coolhem residentes, tandem anno 1616 redierunt. Cfr. *Diercxsens*, op. cit. tom. VII pp. 69-73.

[1] Cfr. Paquot, *Mémoires* t. I p. 410-416.

Digitized by Google

20 *decembris*. Lettre de Malderus à de Refuge, par laquelle il ıisiste pour obtenir un ordre de faire cesser les excès des héré-ques au plat pays de Brabant, avec un mémorial sur ces excès : scandales. Autre lettre de la même date au même, pour faire établir le curé de Putte, que les hérétiques avaient contraint 'abandonner sa paroisse. *Registr. B.* pp. 124-125.

1613 *die* 23 *martii*. Malderi epistola ad advocatum Berenrecht Hagensem, super eodem negotio; cum advocati illius esponso, de die 18 aprilis. *Ibid.* pp. 126-127.

4 *martii*. Lettre de l'audiencier Verreycken au greffier des Etats Aertsens, qu'il informe des contraventions faites à l'acte lu 9 avril 1609. *Ibid.* p. 128, cum aliis documentis ad hoc ıegotium spectantibus.

Ibid. pp. 131-132 sequitur : « Brief van Cornelis Aertsens » aen den bisschop van Antwerpen, waerin belooft word dat hy » de rust zal doen onderhouden, etc. »

30 *octobris*. Literae Malderi ad archiepiscopum Mechliniensem de excessibus haereticorum in decanatibus Bergensi et Bredano. *Ibid.* pp. 130-131.

Eodem anno 1613 Malderus, judicans catechismum editum ex decreto synodi provincialis Mechliniensis non sufficere, edidit typis Plantinianis instructionem pro infirmis in fide : *Catholyck onderwys tot versterckinge der crancken in 't geloove*. Libellus, hodie admodum rarus, pagg. 133, in-16°, continet capita XXXVI. Vid. *Diercxsens*, op. cit. t. VII p. 81. Idem auctor enarrat, quid anno 1623 Malderus egit in elucubratione catechismi Mechliniensis, qui usque nunc in usu est.

1614 *die* 19 *decembris*, parochiam B. Mariae Virginis Antverpiae late diffusam in duas regiones distribuit, meridionalem et aquilonarem. Vid. *Diercxsens*, op. cit. t. VII, p. 85.

1615 *mense*..... Institutio et forma scholarum dominicalium Antverpiae. *MS. apud me.*

1616 *die* 8 *julii*, decretum contra blasphematores, qui hodiedum multi inveniuntur inter milites castri Antverpiensis; quo

Digitized by Google

etiam decreto prohibetur ludere aleis vel chartis pictis, ante summum sacrum, diebus dominicis et festivis.

1617 *die* 27 *januarii*. Ordinatio contra non communicantes in paschate. Apud Anselmo, *Consult.* 2 *p.* 46.

5 *maii*. Decretum de observatione festorum, etc.

30 *julii*. Ordinantie voor de scholen van het bisdom van Antwerpen.

1618 *die* 16 *martii*. Malderus unit personnatum de Heyst archipresbyteratui. Exstant literae apud *Diercxsens*, t. VII p. 152.

23 *junii*. Approbat *Manuale Exorcismorum* a Maximiliano ab Eynathen, S. T. L. canonico et scholastico Antverpiensi, collectum, editum Antverpiae an. 1619, in-8°, et alias saepe recusum.

1619 *die* 12 *martii*. Malderi epistola quae praemittitur libello: *Modus procedendi in curia ecclesiastica.*

1620 *die* 1 *aprilis*. Epistola Archiducum ad senatum Antverpiensem, ut conventicula haereticorum impediat. Apud *Diercxsens*, t. VII p. 118.

Eodem anno 1620, Malderus praelo commisit *Antisynodica sive Animadversiones in decreta conventus Dordraceni, quam vocant synodum nationalem*, Antv., in-8° : in quo opere erudite exposuit, quid de articulis inter Arminianos et Gomaristas controversis catholice sentiendum sit. De aliis doctissimi praesulis scriptis vid. *Bibl. Belg.* t. II p. 684, et Paquot, *Mem.* t. VII p. 18 et seqq.

1621 *die* 17 *martii*. Mandatum de jure funeralium ecclesiae cathedralis aliarumque parochialium civitatis Antverpiensis, cum monitis capituli et magistratus publicatum.

1622 *die* 6 *februarii*. Instructio pastoralis de obligatione paschalem communionem suscipiendi, item verbum Dei audiendi, ubi commode fieri potest, in parochiali ecclesia; satisfieri tamen praecepto ecclesiae audiendo sacrum extra ecclesiam parochialem et confitendo confessario cuilibet approbato. *MS. vernacule, apud me.*

Digitized by Google

Eodem anno 1622. Marcus Antonius de Dominis, archiepiscopus uondam Spalatensis, fidei desertor, poenitentia ductus mense prili Antverpiam appulit ex Anglia, quo fugerat. Quum autem ıense junio gravem in morbum incidisset, haereses et errores mnes coram Maldero ejuravit, antequam sacris ritu catholico ıuniretur. Ejus declaratio exstat in Miraei *Chronico Belg.* ad n. 1622, p. 481, et apud *Diercxsens*, t. VII, p. 147; autograhum vero olim servabatur in archivio episcopatus Antverpienis. Cfr. nostra Disquisitio de vita et scriptis Marci Antonii de)ominis in nova editione operis Laurentii Veith, *Edmundi Richerii systema confutatum*, *Mechliniae* 1825, in-12.

Paulo post mortem venerabilis Annae a S. Bartholomaeo, vitae 'unctae an. 1626, coepit Malderus inquirere in miracula ipsius ›pe patrata. Deinde tempore episcopi Caroli d'Espinosa (1731) factum est in aula episcopali juridicum examen miraculorum, in ›rdine ad ejus beatificationem. Cfr. *Butler*, t. III p. 370, edit. Brux.

Quantam Malderus disciplinae ecclesiasticae conservandae operam impenderit, testantur congregationes decanorum ab ipso habitae ab an. 1612 ad an. 1632; idque etiam declarant acta congregationum episcoporum, in quibus et ille maximam partem habuit consilio et opere, donec per aetatem licuit. Vid. supra p. 13-15, et *Synodici Belg.* t. I p. 457 et seqq.

1633 *die* 26 *julii*, condit testamentum, quo inter alia Lovanii collegium fundat, ab ipso *Malderianum* nuncupatum. Vid. *Valerii Andreae Fasti Acad. Lov.* p. 327, et Paquot, *Mém.* t. VII p. 23.

21 *octobris*, septuagenario major, e vivis excessit Antverpiae. Sepulturae mandatus est in choro ecclesiae cathedralis sub splendido monumento marmoreo praesulis quiescentis imaginem referente. Vitam ac virtutes oratione funebri typis edita expressit Joannes Hemelarius, S. T. L. canonicus ecclesiae cathedralis.

Vacavit sedes per annum et menses novem, vicario capitulari Auberto Miraeo.

Digitized by Google

§. VII.

Gaspar Nemius, VI episc.

Gaspar Nemius, Sylvaeducensis, S. T. doctor in academia Duacena, eadem sorte iisdemque cum praedecessore Maldero exordiis ad dignitatem episcopalem pervenit. Ut enim hic Lovaniensem academiam sua eruditione illustrarat, sic ille Duacenam, in qua praeses seminarii theologorum et theologiae professor a collegiatae S. Petri canonicus claruit. Quae munia dum per annos ultra viginti obiisset, a Philippo IV Hispaniarum rege nominatus est episcopus Antverpiensis, datis literis 23 maii 1634. Confirmatus ab Urbano VIII, solemni ritu anno 1635 die 22 julii in aede cathedrali inauguratus est per archiepiscopum Mechliniensem, assistentibus Gandavensi et Sylvaeducensi episcopis.

Feliciorem Nemii fortunam adscribendam ferunt Auberto Miraeo, qui, quum Nemium juvenem domesticum et amanuensem aluisset, illum Duacum ad altiora studia suo sumptu misit. Proprium illi nomen erat *Bosch;* verum ut Duaci distingueretur a celeberrimo illic theologo Francisco Sylvio (*Du Bois*), vocari voluit *Nemius*.

Omnia boni pastoris munia per annos prope octodecim Antverpiae cum summa sollicitudine adimplevit, quod in primis liquet ex congregationibus decanorum ab ipso celebratis ab an. 1639 ad an. 1651. Vid. supra pp. 16 et 17.

1636 *die* 10 *decembris*, postquam ultra annum deputati abbatiae S. Bernardi egerant cum episcopo et capitulo, exaratur scriptum notariale, sub beneplacito regis et pontificis, quoad separationem abbatiae ab episcopatu. Cfr. Le Roy, *Notitia marchionatus* p. 55, et Sanderus, *Brab. illustr.* t. I p. 488, qui rem plenius referunt quam *Diercxsens*, t. VII pp. 227 et 270. Vid. infra ad an. 1643.

Digitized by Google

1639 *die* 10 *aprilis*. Decretum, quo divisionem plebaniae ecclesiae cathedralis pro duobus pastoribus, jam ab an. 1614 a Haldero factam, confirmat, et adjectis conditionibus latius explicat. Vid. *Miraei Diplom. Belg.*, t. II p. 1115; et *Diercxsens*, t. VII pp. 298 et 305, qui hoc decretum seu hasce literas refert ad 12 junii, et observat eas a Miraeo valde mendose editas fuisse.

1642. Singularis ejus enituit erga sedem apostolicam observantia, dum bullam Urbani VIII adversus famosum Cornelii Jansenii librum primus e cathedra promulgavit.

1643 *die* 28 *augusti*. Vulgantur statuta cum instructione ad propagandam doctrinam christianam, de quibus supra p. 16.

1643. Post initam conventionem an. 1636 sub beneplacito pontificis et regis, dubitabatur adhuc num expediret separatio abbatiae S. Bernardi ab episcopatu Antverpiensi. Inde ab utraque parte consultationes habitae, et expetita judicia doctorum virorum. Inter alios censuit Sylvius, non *expedire quod episcopus sub beneplacito Suae Sanctitatis et Regiae Majestatis consentiat in separationem, tamquam in opus simpliciter et omnibus consideratis melius et Deo gratius :* quam quidem sententiam late probat, et argumenta in contrarium fuse resolvit in *Resolutione de unione abbatiae ad episcopatum*, quae legitur op. t. V pp. 716-720.

Tandem in hac re an. 1645 consensit Innocentius X. Gubernium vero an. 1649 decretum dedit, et separatio peracta est juxta conditiones an. 1636 scripto expressas, ac religiosi proprium e gremio suo elegerunt abbatem Judocum Gilis.

1645 *die* 24 *martii*. Ordonnantie nopende het onderhouden van de sondagen en feestdagen; Antv., apud Balth. Moretum, pagg. 15, in-8°.

1646 *die* 10 *maii*. Nemius bullam Urbani VIII iterum publicat, mandatque ut omnes ei pareant.

2 *novembris*. Decretum circa sepulturam sacram eorum qui dubiae fidei fuerunt. Exstat fragmentum apud *Diercxsens*, t. VII p. 295.

Digitized by Google

1647 *die* 29 *februarii*. Decretum quo Nemius, iterato publicans bullam Urbani VIII contra Jansenium, condemnat ex sui vicariatus consilio librum Petri Cobbaert : *Rhythmica consideratio altitudinis consilii divini super salute generis humani*, *etc.*; editum Bruxellis, 1647, in-4°. Cfr. Paquot, *Mém.* t. IX pp. 92-95, qui memorat librum a magistratu regio fuisse proscriptum, nihil vero addit de prohibitione a Nemio lata.

1651 *die* 22 *maii*. Literae Nemii quibus erigit archiconfraternitatem SS. Sacramenti in ecclesia sua cathedrali. *Registr. F.* p. 159 fol. vers. — Postea, scilicet anno 1664, Antverpiae originem coepit delatio illa solemnis SS. Eucharistiae ad infirmos, fundatore Petro Verbiest. Anno autem 1674 instituta est in ecclesia cathedrali confraternitas civium honestiorum, qui praelatis facibus, dum SS. Sacramentum singulis quindenis ad infirmos defertur, pie comitantur. Similis societas in aliis urbis parochiis deinde coaluit. Cfr. *Diercxsens*, t. VII pp. 372 et 403.

Nemio per bullam Innocentii X datam 27 novembris 1651 ad archiepiscopatum Cameracensem translato, et Cameraci installato 19 martii 1652, vacavit sedes Antverpiensis per duos circiter annos.

Vicarii capitulares ediderunt die 3 aprilis 1653 : *Ordonnantie tegen verscheyde misbruycken ten platte lande.*

§. VIII.

Marius Ambrosius Capello, VII episc.

Marius Ambrosius Capello, nobili stirpe Antverpiae natus, ordinem Fratrum Praedicatorum professus, ac gradu doctoris theologiae in academia Lovaniensi, tum etiam in ordine suo insignitus, variis muneribus praeclare perfunctis adeo innotuerat, ut Philippus IV Hispaniarum rex illum ad sedem Iprensem anno 1647 nominare haud dubitaverit. Sed civitate illa per Gallos occu-

Digitized by Google

ıta, bellisque ingravescentibus, dilata fuit inauguratio. Paulo ıst, Nemio ad sedem Cameracensem translato, ad cathedram ntverpiensem nominatur.

1654 *die* 13 *septembris*, in ecclesia cathedrali consecratur ır praedecessorem Nemium, assistentibus Antonio Triest Ganıvensi et Andrea Cruesen Ruraemundensi episcopis.

1655 *die* 24 *januarii*. Norbertinae Antverpiae admittuntur. iterae exstant apud Sanderum, *Brab. illustr.* t. I p. 133. Cfr. *iercxsens*, t. VII p. 333-336 et p. 345-348.

1656 *die* 1 *septembris*. Capitulum canonicorum erigitur in ɛclesia S. Jacobi Antverpiae. Huc spectantia documenta exstant ı libello edito Antv. 1736, pagg. 21 in-4°, et in *Registr. F.* 197-204. Cfr. *Diercxsens*, t. VII p. 337 et 343.

1658. In eadem collegiata episcopus erigit confraternitatem . Rochi. Institutionis literae leguntur in *Actis SS. t. III auısti*, p. 412 et seqq.

1663 *die* 28 *septembris*. Decretum quo presbyteris et clericis ıhibetur, ne aliquid agant aut attentent, per quod jurisdictio ɔiscopalis ullo modo laedatur, impediatur aut minuatur.

26 *novembris*. Parochi civitatis Antverpiensis, conquesti quod egulares Mendicantes functionibus pastoralibus, signanter muɛres ad purificationem post partum admittendo, se immisceɛnt, obtinuerunt 18 novembris 1662 a S. Congregatione Conc. rid. Interpretum faventem sibi sententiam, a Petro Vander erre, J. U. L. canonico et officiali Antv. jussu episcopi publiıtam. Cfr. *Diercxsens*, t. VII p. 368. Huc spectat judicium ıeologorum Lovaniensium non licere Regularibus SS. Eucharisam ad infirmos deferre, sine consensu parochi. Vide *Van Esen*, t. I p. 404 et p. 929, et *Diercxsens*, t. VII p. 370.

1670 *die* 17 *aprilis*. Epistola pastoralis (flandrice), praescriens ut cum pietate sacrificio et officio divino assistatur; ut ublice, quantum fieri potest, et reverenter Eucharistia ad inrmos deferatur, vetans ne id a Regularibus fiat.

Eodem anno Belgii gubernatori Episcopus obtulit libellum,

Digitized by Google

quo deductis rationibus supplicat, ne Judaei in has regiones admittantur. Deest nobis ille supplex libellus, sed memoratur in scripto apologetico Amati de Coriache, archidiaconi Mechliniensis, quod legitur *Diplom. Belg.* t. IV p. 699. Cfr. *Dierexsens* t. VII p. 388.

1670 *die* 16 *augusti*. Ordonnantie nopende het onderhouden van de sondagen ende feestdagen. Typis Plantinianis, pagg. 15 in-12°, et in Collect. an. 1681, p. 477.

1674. Episcopus fundat dotatque collegium pastorum, de cujus erectione ac fatis vide *Dierexsens*, t. VII p. 477-490.

Ad illius seminarii erectionem factam pro pastoribus, quos vel aetas provecta vel morbi aut labores muneri haud idoneos reddidere, die 24 martii an. 1674 contulit centum undecim florenorum millia et sexcenta. Et ne quid liberalitati deesset videretur, pauperibus civitatis, quos in filios et haeredes adoptaverat, reliqua bona omnia testamento reliquit.

Inter omnes hactenus hujus sedis episcopus praefuit diutissime, cunctosque pastorali sollicitudine aequavit, liberalitate autem superavit. Decessit Antverpiae 4 octobris 1676, aetatis anno septuagesimo nono.

Sedes vacavit per annum ac dies viginti septem, vicariis capitularibus Auberto Vanden Eede, archidiacono, et Petro Vanden Perre, officiali, deinde episcopo Namurcensi.

§. IX.

Aubertus Vanden Eede, VIII episc.

Aubertus Vanden Eede, Bruxellensis, J. U. L. cathedralis ecclesiae Antv. canonicus graduatus, ac successive scholasticus, sigillifer et actuarius, thesaurarius, poenitentiarius ac demum archidiaconus et sede vacante vicarius generalis, ad episcopalem fastigium ascendit jam senex; agebat enim septuagesimum

Digitized by Google

ıirtum aetatis annum. Die ultima octobris 1677 pontificali aractere insignitus est Bruxellis ab archiepiscopo Mechliniensi phonso de Berghes, cooperantibus Brugensi et Ruraemun- ınsi episcopis.

1677 *die* 12 *decembris*. Consecrat ecclesiam Carthusianorum, ı qua consecratione exstant literae apud *Dierexsens*, tom. VII 408.

1678 *die* 16 *augusti*. Ordonnantie nopende het onderhouden ın de sondaghen ende feestdaghen. Antv. typis Henrici Sleghers, ıgg. 15 in 12°. Hoc decretum ad verbum simile est illi, quod ı. 1670 die 19 augusti publicavit Ambrosius Capello. Vid. ıpra p. 65.

5 *novembris*. Ordonnantie tegen de oneerbiedigheyd in de erken; *placc. in-fol.* Quod quidem decretum innovatum fuit a ıagistratu Antverpiensi die 27 januarii 1679.

Praesul vix per annum episcopalia munia exegit; ex grassante nim Antverpiae morbo pestilente interiit die 6 novembris 1678.

Vacavit sedes per annum et dies sex.

§. X.

Joannes Ferdinandus de Beughem, IX episcopus.

Joannes Ferdinandus de Beughem, Bruxellis e nobili et patricia ımilia natus, J. U. L. in academia Lovaniensi, ecclesiae colle- ıiatae S. Gudulae Bruxellis canonicus et per sex annos decanus, d cathedram Antverpiensem promotus, pontificali charactere nsignitur Bruxellis in palatio archiepiscopali die 12 novembris 1679, per metropolitam suum Alphonsum de Berghes, coadju- antibus Brugensi et Ruraemundensi episcopis.

1680 *die* 2 *martii*. Epistola pastoralis de requisitis in admit- endis ad ordines sacros tum majores tum minores. — Exstat in ollect. an. 1680 (cura praesulis edita, ut conjicere licet) p. 497-

Digitized by Google

507, cui subjicitur *Schema vitae pastoralis*, p. 508-512. Item apud Hartzheimium, *Concil. Germ.* tom. X p. 94-99, ubi perperam *Synodus* nuncupatur. Vide extractum apud *Dierexsens*, t. VII p. 416-418.

Eodem anno. Edictum de audiendo verbum Dei in parochia.

1681 *die* 27 *aprilis.* Resolutio doctorum Lovaniensium (Petri Govaerts, J. U. D., Nicolai Du Bois, Guilielmi Bassery, et N. Bouchy, juris prof. regii) ad casum ab episcopo Antverpiensi propositum quoad provisionem parochiae, pro qua, juxta decretum concilii Tridentini sess. XXIV cap. 18 de reform., per edictum publicum episcopus indixit concursum, sed ad quem nullus comparuit.

10 *julii.* Ordinatio de fructibus seu proventionibus beneficiorum ad decanos christianitatis deferendis. — *Ex libro MS. archidiaconali.*

1682 *die* 19 *januarii.* Decretum contra clandestinam librorum divulgationem, et contra concionatorum invectivas in aliquam opinionem non proscriptam aut condemnatam. Vid. *Miscellanea Bibl. Lov.* in-4° tom. XXIII num. 4.

22 *januarii.* Decretum contra irreverentiam in ecclesia seu domo Dei. *Ibid.* num. 14.

7 *februarii.* Decretum circa congregationes decanorum. *Ibid.*

1683 *die* 23 *februarii.* Ejusdem praesulis ordinatio ad pastores districtus Antverpiensis transmissa per archipresbyterum A. Eyben, cujus adjuncta est epistola. — *MS. apud me.* Similis ordinatio, qua statutorum observantia commendatur, ad alios districtus missa est.

27 *julii.* Epistola pastoralis qua interdicitur indecens mulierum denudatio. — *Miscell. Bibl. Lov.* in-4° tom. XXIV num. 14. Eadem epistola confirmata fuit altera de die 12 maii 1684, et denuo novis literis de die 12 mensis julii renovata fuerant decreta quoad cultum religiosum et mulierum indecentiam.

1684 *die* 26 *maii.* Epistola pastoralis circa habitum et conversationem clericorum. — *Miscell. Bibl. Lov.* tom. XXIII.

Digitized by Google

1685 *die* 23 *februarii*. Epistola pastoralis qua conventicula, ılgo *labbayen*, interdicuntur. — *Ibid.*

19 *junii*. Mandatum de inchoanda supplicatione in festo Corıoris Christi immediate post summum sacrum.

25 *decembris*. Decretum quo episcopus concedit indulgentias ıadraginta dierum iis de gremio ecclesiae cathedralis, qui genuectunt ad verba Evangelii : *Et verbum caro factum est*, et qui ıidem recitant orationem *Gratias*, etc. — Exstat in libello Vanır Steghen : *Designatio officiorum peculiariorum in eccl. Antv.*, 697, *in*-8°.

1696 *die*..... Mandement de Jean Ferdinand, évêque d'Anvers, ır les nudités et autres abus, avec quinze discours instructifs, nprimés par son ordonnance. — *Antv.* 1686 in-12, pagg. 192.

1687 *die* 21 *martii*. Herderlyken brief wegens de pligt der eloovige van tot de parochiaele kerke te gaen; item de regels oor de predikanten te volgen; de breedere uytlegging van den lechelschen Catechismus te haelen uyt den Roomschen van ius V; verbod van in stilte de heylige communie te draegen, etc.

1688 *die* 9 *juuii*. Decretum contra detractatores cultus Maıani. — Cit. Miscell. tom. XXIII.

1690 *die* 18 *februarii*. Decretum quo defendit scriptum : *Geeslyken controlleur of sermoonen*, et ne libri sine censura edantur.

1691 *die* 22 *januarii*. Decretum quo inhibetur lectio S. Scripırae in lingua vulgari; prohibetur versio Novi Testamenti Monensis, item gallica missalis romani translatio. — Cit. Miscell. ›m. XXIII.

1692 *die* 31 *martii*. Ordinationes pro visitationibus decanoum ruralium. — *Ex autographo.*

12 *maii*. Statuta et ordinata pro alumnis seminarii episcopalis,

1694 *die* 4 *martii*. Decretum quo episcopus praescribit formuırium Innocentii XII in negotio Jansenii.

6 *junii*. Decretum pro concionatoribus.

19 *augusti*. Decretum de exploratione an moribundi sciant ıysteria ad salutem necessaria.

Digitized by Google

15 *octobris*. Ordonnantie tegens de misbruyken die in het bisdom van Antwerpen worden begaen ter oorzaeke van de nieuwe houwelyken. Vide *Placc. van Brabant* t. V p. 89.

1697 *die* 17 *junii*. Episcopi declaratio, quod parochus invito dioecesano non possit admitti in alia dioecesi.

1699 *die*..... Ejusdem responsum ad interrogata pastoris quae ad usum ovorum in quadragesima.

Quid praesul egerit in congregationibus episcoporum an. 1683, 1691, 1692 et 1697, vide in *Synod. Belg.* t. I p. 58[illegible] et seqq.

Dioecesim annis fere viginti summa virtute et constantia gubernavit. In pace quievit Antverpiae, die 19 maii 1699, annos natus 69.

Vacante sede, vicarii generales an. 1700 die 26 aprilis publicarunt breve Innocentii XII de die 24 novembris 1696, quod regio mandato observari et executioni mandari ipsis injunctum fuerat.

§. XI.

Reginaldus Cools, X episc.

1700 *die* 12 *junii*, aetatis suae anno 84, episcopatus Antverpiensis possessionem adiit Reginaldus Cools, ex ordine Fratrum Praedicatorum, consecratus episcopus Ruraemundensis 17 januarii 1677. Natus erat Antverpiae; senem quasi postliminio urbs recepit civem suum, nunc episcopum et pastorem animarum, humilitatis ac mansuetudinis cultorem insignem.

Mandata quaedam edidit, quorum notitia me latet.

Anno 1701 *die* 25 *novembris* habuit congregationem archipresbyterorum, de qua vide supra p. 17.

Anno 1704 ei oblata est supplica archipresbyterorum ruralium contra conventicula personarum utriusque sexus.

Digitized by Google

Pium condidit testamentum, adaucto seminario Antverpiensi ctione publica, in qua nonnisi S. Thomas audiri possit et do-ri. Fundavit insuper sibi anniversarium perpetuum, ad normam ius quod olim reliquit ejusdem ordinis episcopus Ambrosius ipello. Residuorum proventuum haeres fuit conventus Praedi-torum Bruxellensis.

Aetate prope nonagenarius placide devixit Antverpiae, 2 de-mbris 1706. In funere orationem habuit Hiacynthus Van uysen, ord. Praed. S. T. D.

Vacavit sedes per annos quinque et ultra duos menses. Vicarii nerales, inter quos erat Carolus Franciscus Faye de Wemmel, e 10 octobris 1710 signarunt cum archiepiscopo Mechliniensi vicario apostolico Buscoducensi epistolam circularem, ad pas-res missam, concernentem horum immunitatem ab imposi-one Statuum Brabantiae.

§. XII.

Petrus Josephus de Franken-Sierstorff, XI episc.

Bonnae natus, 21 martii 1667, ex nobili Sierstorffianorum milia, juris utriusque doctor in academia Moguntina, metro-olitanae ecclesiae Coloniensis et simul ecclesiae B. Mariae Virg. Capitolio canonicus ac gymnasii Laurentiani praeses exstitit. 'ariis interim legationibus ad regem Borussiae, ad Batavorum empublicam et Imperii principes perfunctus est. Aliquando tiam nunciaturae apostolicae Coloniensis auditor generalis, ac iscedente in Poloniam nuncio apostolico, Francisco Paulutio deinde S. R. E. cardinale), administrator, tanta industria tan-oque in sedem apostolicam observantia et fide hanc spartam dimplevit, ut Clementis XI et regum ac principum laudes et enevolentiam promeruerit.

Probata in rebus agendis solertia Carolo III, tunc in Hispania

Digitized by Google

regnanti et deinde hujus nominis VI Romanorum imperatoris innotuit, adeo ut per literas Barcinone datas an. 1707 ad episcopatum Antverpiensem nominaretur. Sed, turbatis Belgii Austriaci rebus, nonnisi quadriennio serius nominatio vim habuit. Tempus medium rumusculis, ut fit, obnoxium fuit; quos Sierstorffius, Antverpiam adveniens, ita subito discussit, ut jam non ex Germania sed ex ipso Belgio delectus praesul videretur.

Itaque a Clemente XI, die 16 januarii 1711, Romae cum elogio promotus, die 30 septembris placetum (ut vocant) bullarum apostolicarum a supremo Brabantiae senatu obtinuit, et die 3 octobris possessionem episcopatus accepit per procuratorem Carolum Franciscum Faye de Wemmel, ecclesiae cathedralis decanum. Coloniae vero 25 ejusdem mensis charactere episcopali insignitus est a Joanne Baptista Bussio, archiepiscopo Anconitano, tunc ad Tractum Rheni nuncio apostolico et deinde S. R. E. cardinale; paulo post, die scilicet 14 decembris, Antverpiae cum festivo applausu exceptus est.

Praesul, non corpore solum sed et magnanimitate praestans, mox omnium animos sibi obstrinxit. Episcopalis sollicitudo nihil apud illum substraxit curae pro republica, quam talem gessit, ut ab Ordinibus Brabantiae summam existimationem promeruerit. Ab iisdem rogatus, caput fuit legationis quae cum episcopo Gandavensi, Erardo Vander Noot, aliisque provinciarum Brabantiae, Flandriae et Lymburgiae deputatis ineunte anno 1716 Viennam ad Caesarem Carolum VI missa fuit (1). Legatione feliciter impleta, cruce aurea gemmis ornata ab imperatore donatus, mense junio Antverpiam revertitur; sed paulo post, Ordinum Brabantiae iterum deputatus, Hagam Comitis adivit, ut de rebus patriae coram Foederatarum Provinciarum Statibus ageret, interveniente marchione de Prié, Caesareae Majestatis legato.

Seminario episcopali, per Miraeum erecto ac fundationibus

(1) Vide Joannis Vander Slype, seu Verslype, scriptum nuper editum a Julio de Saint-Genois : *Journal ofte dagregister van onze reyze naer de keyzerlyke stad van Weenen ten jare* 1716.

Digitized by Google

nbrosii Capello ampliato, novum addidit splendorem, novis dibus ac legibus et duobus praeter praesidem et canonicum eologalem professoribus theologiae constitutis. Aliquando metabatur novum etiam palatium episcopale construere; sed obstise dicitur capitulum cathedrale. Interim in oppido Lyrano des novas sibi adaptavit e refugio abbatiae S. Bernardi.

Circa seminarium pastorum, ab Ambrosio Capello fundam (1), inter Sierstorffium et pastores, ex una parte, et provires fundationis, ex altera parte, contentio orta est. Hinc 3 julii 1716 lata fuit sententia in supremo Brabantiae senatu, ıa prior domus (vulgo *Rosa*), cum omnibus ad eam spectantibus obilibus, jussa est divendi nel elocari, ipsaque fundatio transta ad seminarium episcopale, ubi pastores duodecim aetate rovecti alerentur, iisque deficientibus vice-pastores aut theologi neriti. Vide sententiam apud *Diercxsens*, t. VII p. 399 et seqq.

1724 *die* 30 *septembris*. Sierstorffius publicat jubilaeum genele a Benedicto XIII concessum.

Eodem anno. Mandatum contra usum comarum.

1725 *die* 4 *aprilis*. Ordinatio de sanctificando die dominico et oncionibus habendis.

1727 *die* 29 *aprilis*. Injungit pastoribus, ut educationi pauerum puerorum intendant, et eleëmosynarios admoneant, casu uo male tractantur.

Vir magni animi et aequae mentis, in rebus arduis non secus c prosperis, tandem languorem contraxit, et lenta tabe conectus est. Obiit Antverpiae die 19 octobris 1727, anno aetatis exagesimo primo. Orationem funebrem dixit Gisbertus Josephus laghen, S. F. L. in acad. Lov. praeses collegii Malderiani.

Subortas difficultates ratione haereditatis ipsius tandem comosuit anno 1740 consilium Brabantiae, simulque determinavit ro futuro, ad quas restaurationes episcopi eorumve haeredes enentur.

(1) Vid. supr. p. 66 ad an. 1674.

Digitized by Google

§. XIII.

Carolus d'Espinosa, XII episc.

Nascitur Teneramundae, patre Didaco Gomez d'Espinosa, arci praefecto. Canonicus ad S. Gudulam Bruxellis, ordini Fratrum Capucinorum nomen dedit. Anno autem 1723 die 29 novembri consecratus est episcopus suffraganeus seu coadjutor archiepiscopi Mechliniensis Thomae Philippi (licet hic omnes functiones pastorales per se semper expleverit), titulo episcopi Tricalensis in partibus infidelium. Mariae Elizabethae archiducissae Austriae, Belgii gubernatrici, ita placuit, ut ab ea in aulam accitus fuerit, et in solemnitatibus principalioribus coram ipsa sacra pontificialiter operaretur. Die 19 decembris 1727 ad ipsius archiducissae instantiam diplomate caesareo ad vacantem episcopatum Antverpiensem nominatus est.

Bullis translationis Romae per Clementem XII die 14 junii 1728 expeditis, die 15 julii sedis suae possessionem accepit per procuratorem Andream Del Marmol, ecclesiae cathedralis decanum, quam paulo post ipsemet adiit.

Licet episcopatum jam septuagenarius inchoasset, eumdem tamen per annos quatuordecim fortis ac vegetus per se gubernavit, nihil unquam de suscepto pridem Capucinorum ordinis rigore remittens.

1728 *die* 16 *julii*. Monasterii Vlierbacensis auctoritate apostolica visitator deputatus, abbatem Petrum Paridanum, constitutionem apostolicam *Unigenitus* admittere reluctantem, ab ordine et jurisdictione suspendit, eumque declarat incurrisse censuras in constitutionibus pontificiis latas, si intra tres menses non resipiscat. — Edit. in-4°, pagg. 3.

17 *julii*. Eadem sententia lata in Anselmum de Moor, Medardum Stegmans et Philippum Cleymans, praefati monasterii religiosos. — Edit. Brugis, in-4°, pagg. 4.

Digitized by Google

1729 *die 1 augusti.* Ordonnantie waer door den bisschop ver-
d en uyt zyn bisdom verband twaelf in het vlaemsch geschre-
ı boekken : *Den christelyken vader op de Evangelien*, etc. —
dem ordinatio latine edita, pagg. 4, in-4°.

1730 *die 1 julii.* Ordonnantie tegen het mishandelen der
ndelingen of arme kinderen die ten platte lande in den kost
steed zyn. — *Plac. in-fol.* In hac ordinatione innovatur de-
ctum Sierstorffii de die 19 aprilis 1727.

1731 *die 14 decembris.* Decretum quo approbatur miraculum
ctum 8 novembris 1731 in conventu Carmelitarum discalcea-
rum civitatis Antverpiensis, sub intercessione fidelis Dei famu-
e Annae a S. Bartholomaeo. In editis Romae *Actis sacrorum
ituum Congregationis* alia referuntur venerabilis. Annae in-
ercessione patrata miracula.

1736 *die 24 martii.* Sententie tegens Anna Maria Eeltiens
an Tilborg, wegens schynheyligheyd. — Exstant acta in archi-
io archiepiscopali Mechliniensi; quaedam ea de re leguntur in
ibello J.-B. Cannaert de vetere apud nostrates jure criminali,
dito idiomate vernaculo an. 1829, in-8°.

1740 *die 16 maii.* Edictum de observantia festorum dierum.

Obiit d'Espinosa die 31 julii 1742. Porro qui vivens humili
ac fervente pietate Deo servivit, ita post mortem hujus rei spe-
cimen reliquit praeclarissimum : testamento enim prohibuit ex-
aequiarum pompam, orationem funebrem, uti et scedulam mor-
tuariam praeter eam quam ipsemet descripsit : OBIIT DIE.....
FRATER CAROLUS, DUM VIVERET, EPISCOPUS ANTVERPIENSIS. SI BENE FECIT,
HABET; SI MALE FECIT, LUET JUSTO ET AETERNUM ADORANDO DEI JUDICIO.
ORATE PRO EO, UT AETERNA REQUIESCAT IN PACE.

Corpus suum noluit per plateas circumferri, in testamento
dicens sibi non lubere post mortem deambulare; jussit autem
recta deferri ab ecclesia ad locum sepulturae, quem sibi elegit
in coemiterio communi ad pedes imaginis salvatoris sui (1), et

(1) Coemiterium illud erat quod vulgo dicitur *'t groen kerkhof*, ineunte
hoc saeculo in forum seu ambulationem publicam conversum. In eo erat

Digitized by Google

voluit insuper imponi tumulo lapidem cum hoc epitaphio quod ipse fecerat (1) :

F. CAROLUS D'ESPINOSA,
EX ORDINE CAPUCINORUM, EPISC. TRICALENSIS,
SUFFRAGANEUS EMIN. CARDINALIS DE ALSATIA,
ARCHIEPISC. MECHLINIENSIS,
DENUM EPISCOPUS ANTVERPIENSIS,
HIC JACEO,
ULTIMUM JUDICII DIEM EXSPECTANS.
SORS MEA, QUÆ TE LATET, LECTOR,
MIHI MODO NOTA EST :
AUT BENIGNISSIMUM REDEMPTOREM,
AUT ÆQUISSIMUM JUDICEM EXPERIOR,
HIC STA,
ET ENIXO VOTO MEO ANNUE.
TU NUNC ET ILLUM EX NUNC
IN ÆTERNUM LAUDA.
IDEM ENIM DEUS EST, SANCTUS ET JUSTUS
IN OMNIBUS OPERIBUS SUIS.
ORA PRO ME, UT ÆTERNA
R. I. P.

Post praesulis mortem vacavit sedes per sex dies ultra menses novem.

§. XIV.

Guilielmus Philippus de Herzelles, XIII epis.

Guilielmus Philippus, ex marchionibus de Herzelles, nascitur Nivellis die 22 januarii 1684. Fuit sextus abbas mitratus abba-

crux ex caeruleo lapide, cum imagine Christi ex lapide candido, a magistris fabricae erecta circa an. 1635, a Gallis vero exeunte saeculo XVIII destructa. Vide *Diercxsens*, t. VII p. 223.

(1) Nullum hucusque retuli episcoporum Antverpiensium epitaphium; illa enim leguntur in operibus praelo editis ac passim obviis.

Digitized by Google

: S. Gertrudis Lovanii, inauguratus 25 januarii 1722, eoque ılo conservator privilegiorum Academiae Lovaniensis et ad dines Brabantiae deputatus.

Ab imperatrice Maria Theresia an. 1742 nominatus, et die januarii 1743 Romae confirmatus, Mechliniae in aede me- ›politana singulari apparatu consecrationem episcopalem acce- : die 19 maii ejusdem anni, a cardinali Thoma Philippo de satia, coadjuvantibus Namurcensi et Gandavensi episcopis.

Sedem suam, cujus possessionem pridem, die 6 maii 1743, r procuratorem Philippum Josephum Cano, decanum et vica- ım generalem, acceperat, ipsemet adiit die 25 junii, festivo ›plausu Antverpiae exceptus. At primo regiminis anno, quum commemoratione passionis dominicae processionem ab eccle- a cathedrali ad aedem Sanctae Walburgis de more comitaretur, bre corripitur: hydropisis aliaeque infirmitates accessere, qui- as tandem succubuit die 2 septembris 1744, summo Antver- iensium luctu, quorum sibi corda praesul in omni sermone mnibus affabilis devinxerat.

Sepultus est in choro ecclesiae cathedralis ante aram prima- iam. Testamenti sui tabulis haeredem scripserat capitulum athedrale, quod tamen contentiosae haereditati renunciavit. laque ab intestato successit frater marchio Ambrosius Josephus e Herzelles, qui mense januario 1745 amicam compositionem niit cum abbate S. Gertrudis, eique numeravit quatuordecim nillia florenorum.

Herzellio Joannes Stiltingus inscripsit *Acta S. Aurelii Augus-* ini, quae ex *Actis SS. augusti* denuo edidit Antverpiae an. 1743, n-fol. In epistola dedicatoria editor praesulem nostrum laudat, quod ea de causa ordinem S. Augustini in perantiqua ac ducali nobilium virorum abbatia S. Gertrudis professus sit Lovanii, ut sanctum doctorem non modo patronum haberet ac patrem, sed et vitam ejus sibi regulam vivendi ac normam praescriberet.

Digitized by Google

tatem et juris gallici nullitatem perspiciens, palam a mense octobri ejusdem anni 1748 professus est se huic sedi renunciare. Postmodum, scilicet kalendis februarii 1758, ab eodem rege nominatus est episcopus Adurensis in Vasconia.

Interim, licet Antverpia sub Gallorum jugo etiamnum ingemisceret, imperatrix Maria Theresia ex certo et incusso jure, sibi in provincias Belgicas competente, mense martio anni 1748 ad vacantem episcopatum Antverpiensem nominaverat Joannem Antonium de Robiano, Bruxellensem, S. T. L., e canonico nobili graduato ac poenitentiario ecclesiae metropolitanae Mechliniensis Ruraemundensem episcopum ab anno 1746 inauguratum. Magnum erga illum praesulem erat Antverpiensium desiderium. Illius enim progenitores in ea urbe publicis muniis egregie perfuncti erant, et viri merita e vicino oppido Mechlinia paulo ante conspecta et omnibus nota. Ea utique illum summis aeque ac infimis acceptissimum reddiderant; attamen conceptus erga primam suam sponsam, Ruraemundensem ecclesiam, affectus et mutuus civium amor adeo praevaluere, ut neque amicorum precibus neque iterato Viennensis aulae jussu induci umquam potuerit, ut primam suam ecclesiam dimitteret, et hanc sponsam, licet tenuem, propter ditiorem relinqueret. Itaque ineunte anno 1749 omnino oblatae sedi renuncians, Dominico de Gentis locum fecit.

§. XVI.

Dominicus de Gentis, XV episc.

Dominicus de Gentis, Erkliniae ducatus Juliacensis oppidulo oriundus, ordinis Fratrum Praedicatorum S. Theologiae magister et in universitate Coloniensi doctor ac professor, deinde Romae Casanatensis bibliothecae theologus, S. Officii consultor, aliisque ornatus muniis, anno 1748 ab imperatrice Maria The-

Digitized by Google

resia nominatur ad infulas Ruraemundenses successor Joannis Antonii de Robiano ad sedem Antverpiensem transferendi. Quum hic priorem sponsam relinquere nollet, ipsemet Dominicus de Gentis Antverpiensibus tertius ex Ordine S. Dominici episcopus datur, per literas caesareas Viennae scriptas die 18 martii 1749, sedato jam bello per pacem mense octobri anni superioris Aquisgrani sancitam.

Die 5 *maii* sequentis a Benedicto XIV in cardinalium consistorio confirmatus, die 11 ejusdem mensis Romae consecrationem episcopalem suscepit, in ecclesia B. Mariae de Pace, a cardinali Carolo Guidoboni Cavalchini.

Die 19 *junii* ejusdem anni ex Urbe discessit Viennam, ut imperatrici sua praestaret obsequia. Die 8 julii episcopatus possessionem accepit per procuratorem Philippum Alexandrum de Cano, cathedralis ecclesiae decanum, quem vicarium generalem constituit.

Vienna discedens mense augusto, Antverpiam advenit die 18 septembris, et die 15 octobris solemniter in cathedralem suam ecclesiam introductus episcopale munus feliciter auspicatus est. Mox totam dioecesim percurrit, visitando parochias, parvulos chrismate ungendo, commissumque sibi gregem pabulo divini verbi nutriendo. Mira dexteritate propositos sibi conscientiae casus resolvere solebat.

1750 *die* 23 *martii*, statuit nemini licere assumere habitum clericalem, nisi ad hoc scriptis facultatem obtinuerit ab episcopo.

25 *maii*. Continuatur ad annum prohibitio facta 12 februarii 1749 a vicariis generalibus, sede vacante, quoad milites transfugas asylo non excipiendos.

1751 *die* 7 *aprilis*. Edit epistolam pastoralem seu instructionem pro jubilaeo an. 1750.

9 *ejusdem mensis*. Annuente episcopo, Eduardus Emmanuel Van Mechelen de Berthout, J. U. L. canonicus et scholaster Antv., publicat instructionem sequentem : *Onderrighting en reglement voor de school-meesters en school-meesterssen, aengaende*

Digitized by Google

het leeren en godtvruchtig opbrengen van hunne school-kinderen. Constat art. X, edit. Antv. fol. plan. apud viduam Petri Jouret.

4 *augusti*. Epistola pastoralis de festorum dierum imminutione, a Benedicto XIV pro ditionibus domus Austriacae facta decreto de die 3 aprilis 1751, manente missae obligatione. Hoc etiam tempore ab episcopo abrogatae sunt processiones, vulgo *ommegangen*, subalternarum parochiarum.

27 *decembris*. Episcopus, requisitus a gubernio, mandat fieri statum seu descriptionem piarum fundationum sub dominio caesareo in sua dioecesi existentium.

1752 *die* 18 *maii*. Edictum contra frequentationem tabernarum per ecclesiasticos. — Edicto adhaesit cathedralis ecclesiae capitulum, per literas de die 1 julii, quoad clericos sibi subjectos.

4 *decembris*. Renovatio mandati Auberti Vanden Eede an. 1678 pro observatione festorum quoad pistores.

Eodem anno episcopus numero consiliorum Status adscribitur, et Bruxellis die 5 aprilis fidelitatis juramentum praestitit in manus gubernatoris Caroli Alexandri, Lotharingiae ac Barri ducis.

1755 *die* 28 *maii*. Epistola pastoralis de administratione sacramentorum et visitatione ecclesiarum ruralium; seu quomodo pueri ad confirmationis sacramentum sunt disponendi, et episcopus in visitatione recipiendus. Pagg. 12 in-4°.

1758 *die* 5 *julii*, lenta tabe sensim exhaustus, naturae debitum solvit, quum vixisset annos 63, menses 3 et dies 15, et dioecesim rexisset annos fere novem. Appositus fuit in aede cathedrali ad praedecessores suos, nulla comitatus pompa aut oratione funebri, ut extremis tabulis praescripserat.

Anno 1724 Coloniae ediderat Dominicus de Gentis scriptum de gratia ad mentem divi Thomae, de quo vide Paquot, *Mém.* t. XI pp. 268-270; ubi male legitur episcopum natum *die* 3 *martii;* constat enim ex scedula mortuaria legendum esse 10 *martii* 1695.

Digitized by Google

§. XVII.

Henricus Gabriel Van Gameren, XVI episc.

Post Dominicum de Gentis tres supersunt ecclesiae Antverpiensis postremi antistites, quorum priores duo S. Facultatis theologiae Lovaniensis doctores regentes, et tertius in eadem Facultate licentiae gradu auctus.

Horum primus, idemque XVI Antverpiensium episcopus, Henricus Gabriel Van Gameren, die 28 maii 1700 natus est in Saventhem, pago Brabantiae, patre Jacobo Ferdinando [1] et matre Anna Lucretia Corham [2]. Literas humaniores apud presbyteros Oratorii Mechliniae didicit. Anno 1719 Lovanii in paedagogio Castri alumnus renunciatus fuit primus in Artibus. Hinc theologis adscriptus ad Castri paedagogium revocatur et subregens constituitur, paulo post philosophiae professor electus. Sacerdotii primitias anno 1724 celebravit Antverpiae in monasterio *Facons* dicto, in quo ejus amita religiosis praefecta jubilaeum agebat. Obtento licentiae gradu in theologia, anno 1731 constituitur praeses collegii Sabaudici, cui per annos viginti quinque praefuit, donec assumeretur ad praesidentiam Majoris Collegii theologorum, anno 1757 vacantem mortuo Natali Du Bois.

Doctoralia in theologia insignia accepit 19 augusti 1732; et paulo post in strictum, ut vocant, Facultatis theologiae collegium cooptatur.

[1] Nobili ille ortus erat familia, quam Bommel, Geldriae insula, et deinde Sylvaducis florentem habuit, donec Lambertus Van Gameren, oppidi illius quaestor, ob grassantes haereses cum suis in Brabantiam commigravit. Ex hac stirpe praesulis pater natus est Bruxellis, qui fuit drossardus comitatuum de Erps et Quarebbe necnon baroniae de Saventhem et toparchiarum de Sterrebeke et Nosseghem.

[2] Erat illa secunda uxor Jacobi Ferdinandi Antverpiae nata, sanguine juncta perantiquae familiae Colimor, in Anglia celebri et regi Carolo I addictae.

Digitized by Google

In ecclesia D. Petri habuit canonicatum secundae fundationis, et primo eloquentiam christianam, deinde theologiam professus est. Academiae rector mense februario 1733 eligitur. Alium etiam canonicatum vi privilegiorum academicorum anno 1743 nactus est in ecclesia cathedrali Brugensi.

Magna illi erat in dicendo facundia, et varia eruditione instructus merito in tradendis theologicis disciplinis praestantissimus habebatur.

Ad preces Thomae Philippi cardinalis archiepiscopi Mechliniensis operam impendit, unacum duobus aliis doctoribus Andrea Henckhuysen et Joanne Josepho Guyaux, in corrigenda Sacrorum Bibliorum editione cum notis Hamelii, Lovanii recusa an. 1740 in-fol.

Anno 1758 ab imperatrice Maria Theresia nominatus est ad episcopatum Antverpiensem. Datis deinde bullis apostolicis per Clementem XIII, acceptaque sedis possessione per procuratorem, Ipris in sacello episcopali die 9 septembris 1759 sacram unctionem suscepit a seniore provinciae Mechliniensis suffraganeo (vacante sede metropolitana), Guilielmo Delvaux, S. T. doctore et Iprensium episcopo, assistentibus Maximiliano Antonio Vander Noot Gandavensi et Roberto Caïmo S. T. D. Brugensi episcopis; atque ita tres simul doctores theologi Lovanienses hisce sacris solemniis intererant.

Die 8 *octobris* magna cleri populique exultatione in suam cathedralem ecclesiam solemniter introducitur, qua occasione paucis post diebus elegantem vernaculo idiomate concionem habuit.

Eodem anno 1759 constitutus est administrator apostolicus partium dioecesis Sylvaeducensis dominio Austriacae domûs subjectarum.

6 *novembris*. In consessu Ordinum Brabantiae receptus.

1760 *die* 14 *julii*. Epistola pastoralis contra clericos frequentantes publica spectacula aut tabernas.

1761 *die* 24 *januarii*. Mandatum pro tempore quadragesimali, et ordinata quaedam quoad celebrationem festi S. Josephi,

Digitized by Google

hoc anno occurrentis feria quinta hebdomadae sanctae. — *Fol. pat. flandrice.*

Eodem anno. Prohibet repraesentationes omnes in processionibus.

1763 *die* 31 *januarii.* Decretum quod infantes ante primam communionem a propriis pastoribus sint examinandi.

30 *novembris.* Decretum pro directione collegii Hibernici Antverpiae.

Eodem anno. Decretum circa registra baptismalia.

1764 *die* 17 *julii.* Epistola pastoralis de modo audiendi confessiones, et de non admittendis sacerdotibus extraneis sine episcopi licentia in scriptis obtenta.

1771. Ex gravi infirmitate restitutus, gratitudinis ergo pastorum manibus largas spargi jubet eleëmosynas in pauperes, quibus et postea testamento suo aliquot florenorum millia reliquit.

1775 *die* 26 *januarii.* Diuturno morbo consumptus vivere desiit, publico damno et moerore, quum vixisset annos septuaginta quatuor et menses fere octo, ac dioecesim suam per annos amplius quindecim rara prudentia gubernasset. Conditus est apud praedecessores in choro ecclesiae cathedralis.

Dotes, virtutes ac merita clarissimi praesulis commendantur in praefatione operis cui titulus est : *Ziele spys, etc.,* editi per plebanum Petrum Verheyen. In ipsius exaequiis orationem habuit Vincentius Herffs, S. T. doctor regens Lovaniensis, ex ordine Fratrum Praedicatorum, ad hoc a facultate theologica deputatus; sed oratio praelo non fuit subjecta.

1775 *die* 15 *februarii.* Mandement van de vicarissen generael des openstaende bisdom van Antwerpen (quorum unus erat A. de Vries, S. T. L., canonicus grad. et poenitentiarius), instellende eenen algemeynen biddag om eenen weerdigen bisschop te verwerven. — *Antv. in-4° apud Hieronymum Verdussen.*

17 *martii.* Decreet gegeven tot Brussel onder het cachet van Haere Majesteyt, medebrengende suppressie van het mandement der vicarissen van het bisdom van Antwerpen, « als behel-

Digitized by Google

» sende clausulen vermeten en strydigh aen het gesag ende
» achthaerheyd die men schuldig is aen de konicklycke mi-
» nisters, ende aen alle degene die Haere Majesteyt soude
» goetvinden te beraeden over den keus van eenen nieuwen
» bisschop van Antwerpen. »

§. XVIII.

Jacobus Thomas Josephus Wellens, XVII episc.

Henrici Gabrielis Van Gameren morte vacuam cathedram implevit alter in generali artium promotione ann. 1745 primus, et, ut ille, facultatis theologicae Lovaniensis doctor regens ac professor, Jacobus Thomas Josephus Wellens [1].

Antverpiae nobilibus parentibus natus die 5 septembris 1726, literas humaniores primum in urbe natali, deinde Montibus Hannoniae et postremo Lovanii in gymnasio SS. Trinitatis didicit, ubique obtenta prima palma, quam etiam in philosophia et artibus omnium votis promeruit praedagogii Falconis alumnus. Anno 1746 in majori collegio S. Spiritus totum se (minime tamen neglecto jurisprudentiae studio) theologicis disciplinis dedit, eo quidem successu ut die 13 julii 1752 theologiae et juris utriusque licentiatus, die vero 3 augusti 1756 theologiae doctor fuerit renunciatus unacum amico suo singulari Christiano Francisco Terswaeck [2].

Ex philosophiae professore in paedagogio Falconis, factus est praeses collegiorum S. Annae an. 1754, et S. Pulcheriae an. 1765. In hac missionis Hollandicae seminario laxatam disciplinam restituit, atque ad illius alumnos habuit *Exhortationes familiares de vocatione sacrorum ministrorum et variis eorum*

[1] Van de Velde, *Synops. monum.* tom. II, p. 519 et tom. III, p. 754.
[2] Cfr. *De laudibus quibus veteres Lovaniensium Theologi efferri possunt oratio*, p. 156.

Digitized by Google

officiis, an. 1776 Antverpiae editas, ac an. 1783 denuo typis expressas [1]. Solebat etiam Lovanii ad populum conciones habere.

Inter doctores regentes Facultatis theologicae adlectus, facili eloquio summaque doctrina sacras disciplinas in scholis illustrabat. Ad res omnes aptus, consiliique plenus, saepius totius Academiae praefecturam, quam rectoratum vocant, maxima gessit prudentia. Die 23 aprilis 1773 ordinationem rectoralem edidit adversus impia illius aevi scripta. Dolens haec quotidie multiplicari, sollicite curabat ne ad juventutis academicae manus pervenirent libri isti, « qui, inquiebat, aut fidem catho» licam, aut bonos mores, aut debitam legitimis potestatibus » obedientiam impugnant : » quippe in his scriptis « quidquid » religio, quidquid respublica, quidquid humana societas sa» crum habent, id conculcatur ab hominibus doctrina falsae » philosophiae imbutis. » Insuper de conservandis ac in lucem producendis fundationibus, studiorum favore in Academia erectis, strenuam operam dedit.

Ob praeclara merita ab imperatrice Maria Theresia anno 1776 Antverpiensis episcopus nominatus, et a Pio VI die 15 julii ejusdem anni confirmatus, die 14 augusti sedis suae possessionem per procuratorem decanum Franciscum Engelgrave accepit. Mechliniae die 8 septembris consecratur a cardinali Joanne Henrico, assistentibus Govardo Gerardo Van Eersel Gandavensi et Felice Josepho Huberto de Wavrans Iprensi episcopis, praesente Ignatio de Busca archiepiscopo Emisseno et nuncio apostolico. Die postera inusitato concursu ac plausu in ecclesiam suam cathedralem introductus est. Sed, ut nihil est ex parte beatum, tertia solemnis pompae et festivitatis die publica gaudia turbavit infausta pyroboli explosio, excitato totius machinae incendio, quo plures ambusti, aliqui etiam flammis consumpti fuere.

[1] De illis exhortationibus in oratione ejus funebri recte dicitur, haec privata patris ad filios alloquia, quae cor ejus ubertim eructabat, interioris animi sensus et piissimae mentis aeternum esse monumentum.

Digitized by Google

Initio novembris, paucis post suam consecrationem mensibus, Lovanium se contulit, ubi per Facultatis theologicae decanum Christianum Franciscum Terswaeck, Universitatis totius nomine, luculente gratulatus est pro magnitudine rerum quas pro Academiae splendore gesserat, et porro gesturus pro ecclesiae bono non dubitabatur.

Quae episcopatus sui tempore praeclare ab eo gesta seu ordinata sunt, jam ordine chronologico prosequar. Plures enim instructiones atque exhortationes ex emergentibus causis in lucem emisit, nullusque elapsus est annus, quo fideles ante quadragesimale jejunium non fuerit tenerrime exhortatus.

1777 *die* 27 *januarii*. Vasten-bulle. — Antv. apud Grangé in-4°, pagg. 10, et part. II, p. 50-53, in praesulis *Generali operum collectione*, uno vol. in-4° Antvorpiae an. 1784 apud Spanoghe edita, in qua tamen desiderantur exhortationes Lovanii habitae in collegio Hollandico, de quibus supra dictum est.

8 *martii*. Herdelyken brief nopende de pauselyke benedictie, en de vastgestelde dagen waerop dezelve zal gegeven worden. Pagg. 19 in-4° et in collect. op. part. II, p. 54-60. In hac epistola inseritur breve Pii VI de die 17 julii 1776, quo pontifex episcopo facultatem fecerat, ut bis in anno benedictionem papalem cum indulgentia plenaria populo impertiri posset.

1 *maii*. Bekentmaeking dat er in deese stad (Antwerpen) van wegens Z. K. en K. Majesteyt een pensionaet of pensioen-collegie zal opgeregt worden, met aenzoek aen degene welke tot overste of leermeesters bequaemheyd hebben, zig in het bisdom aentegeven. Fol. pat.; deest in collect. op.

Hoc anno 1777 praesul Viennam proficiscitur, inde Venetias ac demum Romam venit. In Belgium rediens, Mediolani ad S. Caroli Borromaei sepulchrum ferventius orans, hujus sanctissimi praesulis spiritu repleri, oblato missae sacrificio, humiliter poposcit: quod et obtinuisse testatur pastoralis illa sollicitudo, qua continuo claruit.

1778 *die* 20 *augusti*. Herderlyken brief tot instellinge van

Digitized by Google

ıen algemeynen biddag, om over de keyzerlyke wapenen den ldelyken zegen te verkrygen. In 4°, pagg. 19; et in collect. part. II p. 66-72, ubi textus latini ad imam primae editionis ginam adscripti desunt, et ipsa epistola erronee refertur ad nartii 1777.

1779 *die* 6 *februarii*. Vasten-bulle. Pagg. 16 in-4°; et in col-t. op. part. II p. 72-78.

22 *ejusdem mensis*. Herderlyken brief om te stigten binnen stad van Antwerpen eene onderwyzinge in de christelyke ringe voor bejaerde menschen. Pagg. 4 in-4°; et in collect. part. II, p. 78-95.

Eodem die. Herderlyken brief ter opwekking om in de col-te, die voor de arme door mildadigheyd tot het bywoonen n den catechismus antelokken, in de cathedraele en paro-iaele kerken zal gedaen worden, aelmoessen te willen geven. l. pat.; deest in collect. op.

Societatis Jesu templum, a suppressione hujus instituti hac-ıus clausum, patere voluit sub invocatione S. Caroli Borro-ıei, et in eo templo instituit instructionem catecheticam pro ultis singulis diebus dominicis et festis ordine catechismi ɛchliniensis tradendam, ut praescribitur in epistola pastorali die 22 februarii. Aiebat praesul se exemplo et auspiciis Caroli ad tam sanctum opus fuisse excitatum, quod ut fideles u ope seu eleëmosynis promovere quoque studeant, sedulo hortatus est. Exstat in hujus templi sacristia praesulis icon ım hac inscriptione :

ILLUSTRISSIMUS AC REVERENDISSIMUS
JACOBUS THOMAS WELLENS,
XVII ANTVERPIENSIUM EPISCOPUS,
CHRISTIANA INSTITUTIONE PRO ADULTIS
PROPAGATA,
URBI RELIGIONEM, PAUPERIBUS
ELEEMOSYNAS,
HUIC ECCLESIAE DECUS
ASSERUIT.

Digitized by Google

Insuper in quinque sacellis, per urbem sparsis, specialem pu pauperibus inititui catechismum, cui die dominica 5 septembri 1779 initium factum fuit.

6 *augusti*. Herderlyken brief om aen de inwoonders va Antwerpen te verzoeken aelmoessen en dienstbaerheyd voo de nieuwe bestiering van den algemeynen armen deezer sta Pagg. 25 in-4°; et in collect. op. part. II p. 95-104, ubi desun textus latini. Non erat itaque satis vigilanti et industrio praesul per instructiones catecheticas ovium suarum necessitati spiri tuali providisse, nisi etiam corporali prospiceretur. Communi cato cum senatu civitatis consilio, in mendicitate abroganda e pauperibus juvandis curam omnem impendit, edita hac instruc tione pastorali, aliisque ad illud negotium spectantibus. Hoc ann 1779 et sequentibus quid ab episcopo actum sit in celebrandi congregationibus decanorum, habetur supra, p. 13 et 18.

1780 *die* 25 *januarii*. Vasten-bul, pagg. 14, in-4° et in col lect. op. part. II p. 104-109.

4 *februarii*. Herderlyken brief dienende tot voltrekking va het broederschap van den H. Carolus Borromaeus, onlangs bin nen Antwerpen opgeregt. Pagg. 22, in-4°; et in cit collect., p. 109-116. Erecta est haec confraternitas, ut illius sodales, qui bus episcopus exemplo praeibat, pecuniam conferrent ad subsi dium pauperum catecheticas instructiones frequentantium. Prae scribuntur regulae et recensentur indulgentiae.

19 *decembris*. Mandement nopens de lykdiensten van wyle H. K. en K. Majesteyt Maria Theresia. Pagg. 11 in-4°; et in cit collect., pp. 117-120.

1781 *die* 10 *februarii*. Vasten-bulle. Pagg. 11 in-4°; et in cit collect. pp. 120-125.

2 *junii*. Biddag om regen te verzoeken. Fol. pat.; et in cit collect. p. 125-126.

25 *novembris*. Représentation faite à Sa Majesté sur la dé pêche du 12 novembre 1781, concernant les prérogatives ac cordées aux sectes protestantes, avec la lettre d'envoi aux

Digitized by Google

verneurs généraux des Pays-Bas.— *MS. autographum.* Exstat m typis expressa sed mendose in *Recueil des représentations iques*, part. eccl. rec. 3 p. 145.

decembris. Literae ad Facultatem theologicam Lovaniensem, bus respondit ad ipsius Facultates literas ad Belgii episcopos sas occasione decreti caesarei de tolerandis haereticis. — Ex s Facult. theol. Lov. Cfr. *Synodici Belg.* t. IV p. 426.

9 *ejusdem mensis.* Lettre à S. E. le cardinal archevêque de lines, par laquelle il lui expose, à sa demande, son opinion sujet de la défense faite par le gouvernement de n'admettre une dispense de Rome en matière de mariage. — *Ex autopho.* Plures habemus praesulis literas, hoc anno et sequenti iptas ad cardinalem archiepiscopum, quoad innovationes quis imperator Josephus II priscam patriae nostrae pacem turbavit.

1782 *die* 25 *januarii.* Vasten-bulle. — Pagg. 11 in-4°; et in . collect., pp. 127-131.

2 *aprilis,* Représentation à LL. AA. les gouverneurs généx des Pays-Bas, au sujet de la dépêche concernant les disnses de mariage. — *Ex autographo.* Cfr. *Recueil des représenions belgiques*, part. eccl. rec. 5 p. 312.

1783 *die* 25 *februarii.* Vasten-bulle. — Pagg. 12 in-4°; et in . collect. p. 131-136.

Mense maio. Scriptum ab episcopo exaratum de matrimoniis ixtis, occasione decreti caesarei de die 30 aprilis 1783. — *Ex tographo.*

1784 *die* 6 *januarii,* praesagiens calamitates ac perturbanes, quibus deinde Europa agitata fuit, aiebat in epistola ad imium virum Joannem Franciscum Van de Velde, paulo ante itum scripta : « Quant à moi, je crains que l'une ruine succédera à l'autre, et que finalement nous ne trouverons partout que des masures. Fasse le ciel que ce que j'appréhend, n'ait pas lieu ! »

1784 *die* 30 *januarii,* postquam gregem suum per annos re octo *coelestibus auspiciis* (quo lemmate utebatur) strenue

Digitized by Google

ac prudenter gubernasset, morbo pectoris correptus vita functu est, magnam relinquens sui famam. Sepultus est ante ascen sum summi altaris ecclesiae cathedralis, sine monumento a inscriptione. Quum defuncto justa exaequiarum persolverentu die 4 februarii orationem funebrem habuit P.-J.-S. Van Eupen S. T. L. ecclesiae cathedralis canonicus graduatus, poenitentia rius et episcopatus sede vacante vicarius generalis, Antverpi typis excusam in-4°, pagg. 12. Alter vicarius capitularis er Antonius de Vries, S. T. L. olim poenitentiarius et eodem tem pore archipresbyter ecclesiae cathedralis.

Pauperes, quorum pater fuit verbo et opere, rerum suarum temporalium haeredes Wellensius noster constituit. Palatium quoque episcopale aere suo instaurandum susceperat, novis ad junctis operibus ampliatum et ornatum.

Eo ipso anno, quo ex hac vita migravit, scilicet mense cit citer antequam quadragesima inchoaretur, providus Antistes corporis infirmitate insuper habita, pastoralem quoque epistolam praeparaverat, quam in defuncti scriniis repertam vicari capitulares die 11 februarii 1784 ediderunt. Elucet in illa postrema morientis episcopi exhortatione non eruditio modo ut in caeteris ejus scriptis, sed et suavis ac praestans pastori ardor, ut a spectaculis aliisque malorum irritamentis revocaret fideles, et ad pietatis ac virtutis studium inflammaret. — Edit. fol. pat.

Hoc etiam anno 1784 editur : Herderlyken brief van d vicarissen generael des openstaende bisdom van Antwerpen to de religieusen der vernietigde kloosters binnen die stad. — Pagg. 4, in-4°.

Initio anni 1785 : Représentation faite à Sa Majesté par le vicaires capitulaires, au sujet de l'édit du 28 septembre 1784 concernant les mariages. — MS. autographum. Citatur hoc docu mentum in libello supplici a cardinali archiepiscopo Mechliniens caesari oblato quoad ad eamdem quaestionem de matrimoniis vide *Synodici t. II, p.* 525.

Digitized by Google

§. XIX.

Cornelius Franciscus de Nelis, XVIII episc.

'raesulum Anverpiensium seriem terminat *Cornelius Fran-us de Nelis* [1], qui die 25 februarii 1785 ab imperatore epho II nominatus, et mox Romae confirmatus, die 25 aprilis icopatus possessionem per procuratorem adiit, ac die junii 5 isecratus est Mechlinae per cardinalem archipiscopum, assis-tibus Guilielmo Florentio Salm-Salm Tornacensi et Gui-mo Felici Brenart Brugensi episcopis, Antverpiae vero recep-i solemniter die 7 ejusdem mensis junii.

Mechliniae die 5 junii 1763 natus est patre Cornelio et matre eresia Walschaert. Adolescens Lovanii ad studia ita animum plicuit et in scholis philosophicis ita excelluit, ut anno 1753 imus in generali Artium promotione fuerit renunciatus. Theo-gicis disciplinis deinde incubuit, et licentiae gradum adeptus t die 6 maii 1760.

Praeses subinde constitutus fuerat collegii Mechliniensis; iumque praeclaram sibi eruditionem assiduo studio compa-sset et in literis sacris ac profanis egregise versatus esset, bliothecae academicae cura ac custodia ei commissa fuit. Illo ifungens munere edidit typis academicis opuscula nonnulla storici et philosophici argumenti, quae passim a bibliographis ccensentur [2].

Anno 1767 accitus Tornacum, ubi jam a biennio praebenda

[1] Van de Velde, *Synops. monum., tom. II, p.* 523 *et tom. III, p.* 757. - Id ego ex cardinalis Franckenbergii literis autographis compertum habeo, lum scilicet praesulem inter eos, quos infulis Antverpiensibus maxime dignos nsebat, gubernio proposuisse Veldenium nostrum qui Lovanii Wellensium iagistrum et amicum habuit, et tunc temporis praefecturam majoris collegii . Spiritus gerebat.

[2] Typographia haec Academica ipsius suasu instituta fuerat.

Digitized by Google

canonicali in cathedrali ecclesia insignitus erat, variis decora muneribus; vicarius enim generalis episcopi factus est, deputatus insuper ordinarius ac praesidens statuum Tornacesii designatus.

Erecta anno 1769 Bruxellis societate literaria, et ipse in septem primos hujus collegii socios locum habuit. Mansit huic societatis, anno 1772 in academiam erectae, sodalis donec vixit ejusque actorum libros observationibus ac commentariis variis argumenti ornavit [1].

Quum Bruxellis *die 9 novembris anno* 1765 in basilica SS. Michaelis et Gudulae imperatori Francisco I, OEniponte augusti defuncto, justa exequiarum solemnia agerentur, in eius funere Nelisius latine orationem habuit perelegantem, quae Lovanii impressa fuit et Bruxellis deinde recusa cum versione gallica. Alteram in eadem ecclesia orationem gallico idiomate habuit anno 1780 in exequiis imperatricis Mariae Theresiae.

Quantam vero historiae Belgicae illustrandae operam dederit argumento sunt Joachimi Hopperi ad Viglium epistolae ab ipso e tenebris extractae, chronicorum aliorumque documentorum historicorum ipsius cura undique conquisiti et descripti codices, ac praesertim opus illud quod inscribitur *Belgicarum rerum Prodromus, sive de historia Belgica ejusque scriptoribus praecipua commentatio, qua vulgandorum monumentorum series, praefatio, argumentum operis et summa rerum capita exhibentur* [2].

Fuit etiam unus eorum quos gubernium elegerat anno 1777 post destructam Societatem Jesu, ad restauranda studia literarum humaniorum, idemque non pars minima fuit illius collegii quod

[1] Extant in commentariis ejusdem Academiae, quinque voluminibus Bruxellis, annis 1777 et seqq. in-4° editis, tomo I, pag. LXIV, *Mémoire sur l'ancien Brabant;* — pag. 45, *Sur la vigogne et l'amélioration de nos laines;* — pag. 471, *Sur la pierre Brunehaut, dans le Tournaisis;* — pag. CIV, *Sur la constitution municipale et sur les priviléges accordés aux villes des Pays-Bas.*

[2] Cfr. de Reiffenberg, *Chronique de Philippe Mouskès*, t. I, p. CCLIII et suiv.

Digitized by Google

lo *Commission royale des études* designatum Bruxellis aliquot is viguit [1].

)b tanta in remipublicam merita et egregiam virtutum famam :athedram Antverpiensem nominatus est [2]. Episcopatus qui- ı ejus incidit in tempora difficillima. Nemini enim ignotum quantis ab anno 1784, Josepho II imperatore, praesules tri per sexennium conflictati fuerint molestiis, quamque sol- tos eos haberet cogitatio cum officii tum periculi sui.

/agus quidem ac incertus rumor fuit Nelisium non suis tan- ı meritis sed potentioribus adulando ad hanc dignitatem per- ıisse, eumque aulae consiliis plus aequo favere. Insita haec ›rumdam animis opinio brevi tempore abjecta est.

immo invidorum quorumdam audacia eo usque processerat,

Nelisius ea occasione composuit : *Mémoires sur les écoles et les des d'humanités, etc., t. I. Académie, pag.* XCII. Ex parte vero Gu- nii haec emanarunt : 1° *Plan provisionnel d'études et instructions pour professeurs des classes respectives, dans les pensionnats, colléges et les publiques aux Pays-Bas*, 1777, in-4°, pag. 26; — 2° *Règlement de cipline et de police pour les pensionnats et colléges des Pays-Bas*, ıxelles, le 22 septembre 1777, placard in-fol. de 8 pages; — 3° *Ordon- nce de S. M. sur les rétributions à payer aux professeurs littéraires, ıs le nom de* MINERVALIA, Bruxelles, 22 septembre 1772, in-fol., 4 pages; 4° *Note touchant les arrangements résolus par S. M. à l'égard des ıdes et de l'éducation de la jeunesse aux Pays-Bas*, in-fol., pag. 5. — *Dépêche adressée, par la Commission royale des études, aux princi- ıux et professeurs des pensionnats, dans les villes flamandes*, du 11 fé- er 1778, MS. in-fol. de 4 pages. Editi insuper fuerunt plures elementares classici libri, quibus seligendis ac redigendis plurimum operae impendit AN. DES ROCHES, *actuarius regiae Commissionis.*

[2] His verbis ad amicum, ei gratulantem de sua ad hanc dignitatem pro- ›tione, scripsit, epistola Bruxellis 30 decembris 1748 data : *Il est toujours ı peu embarrassé ce pauvre évêque d'un honneur, que certainement il rechercha jamais, et qui contrarie les vœux les plus constants de son ıur. Être enterré dans une bibliothèque eût été son ambition, comme la tre. Au reste, puisque le sort en est jeté... je tâcherai d'accomplir la che en toute justice : je le désire au moins, et Dieu est si bon, qu'il 'end les désirs, lorsqu'ils sont sincères, pour des effets.*

Digitized by Google

ut episcopatus sui initio Nelisius clanculum delatus fuerit ap cardinalem archiepiscopum Mechliniensem Joannem Henric de Franckenberg, quod malis artibus a Gubernio Austriaco ob nere niteretur translationem sedis archiepiscopalis Bruxell atque ampliores ambiret ipsius dioeceseos Antverpiensis limit Quum nulla hujus rei alicubi exstet mentio, hoc loco ad ill spectantia documenta, ex autographis descripta, exhibere lub

Delatorem egit, nescio an sua sponte ac voluntate, J. C. D'Abremes presbyter capellanus ecclesiae parochialis B. Mari Virginis de Capella Bruxellis. Ille in literis de die 18 octob 1786 ad cardinalem archiepiscopum Mechliniensem haec scri sit : « Une personne distinguée, qui respecte infiniment Vo » Éminence, vient ce matin de me faire la confidence que mon » l'évêque d'Anvers travaille sous main, au gouvernement, po » faire transférer le siége archiépiscopal de Malines dans la vi » de Bruxelles, alléguant entre autres pour raisons : 1° qu' » Brabant il n'y a pas de siége (*épiscopal*) depuis la suppressi » de celui de Bois-le-Duc, Malines étant une autre provin » ainsi qu'Anvers; 2° que selon le systême de Sa Majesté la ré » dence et le siége de l'évêque diocésain, et son église par cons » quent, doivent se fixer dans la ville capitale ou principale.

» Les choses en sont jusqu'à là qu'il vient d'en avoir déjà pr » senté le plan et les moïens. Il tâche même de travailler dans » plus grand secret, pour que Votre Éminence ne mette p » un bâton dans la roue, que cette personne cependant espè » y voir mettre sans délai.

» Cette personne indignée de ce procédé, me charge d' » informer Votre Éminence, afin qu'Elle ne différe pas à y mett » un obstacle au plus tôt, puisqu'elle ne vient que tout d'abo » *de science très-certaine* de l'avoir sçu, que ce fut samedi 14 » ce mois qu'il présenta sa pensée en cour par un motif ra » sonné, et qu'elle craint supérieurement qu'il l'emporte.

» Je suis, Monseigneur, dans la plus grande tristesse de d » voir insinuer à Votre Éminence cet attentat. Le respect cepe

Digitized by Google

dant, l'amour et la confiance que je mets dans votre cœur paternel m'obligent à l'en avertir. Deux malades sérieux..... m'empêchent de me rendre à ses pieds et me mettent dans le cas d'y suppléer par ces lignes avec un exprès. »

Eminentissimus metropolita, hisce literis non parum commo-
is, mox die 19 ejusdem mensis octobris ad ipsum episcopum
ntverpiensem scripsit :

« Monseigneur, il se répand un bruit lequel, comme de raison, m'affecte vivement; et comme j'ai bien de la peine à le croire, je m'adresse avec confiance directement à vous pour en savoir la vérité.

» On dit que vous avez présenté au gouvernement un plan pour incorporer la province de Malines au diocèse d'Anvers et transporter le siége archiépiscopal à Bruxelles. J'avoue que je ne vois à ce changement aucune utilité pour l'Église ou pour l'État; mais j'y vois un bouleversement d'une conséquence infinie pour la ville de Malines et pour moi.

» Je dis encore une fois que j'ai de la peine à le croire. Mais en tout cas j'aime bien que vous soyez prévenu que je ne me laisserai point arracher ma principale église, qui fait toute ma consolation, que de vive force, que je ne consentirai jamais à ce démembrement de mon diocèse et que je remuerai ciel et terre à Bruxelles, à Vienne et à Rome pour l'empêcher. Je veux laisser en mourant mon troupeau à mon successeur comme je l'ai reçu.

» Donnez-moi, je vous en prie, bien vite quelque réponse consolante sur la fausseté d'un bruit dont la réalité vous ferait aussi peu d'honneur qu'elle serait accablante pour moi.

» Je suis avec respect, Monseigneur, votre très-humble et très-obéissant serviteur. — J. H., card. arch. de Malines. »

Ad hanc epistolam eodem die, quo eam acceperat, rescripsit
Antverpiensis episcopus :

« Monseigneur, je sais depuis longtemps qu'il n'est pas au pouvoir des hommes d'empêcher les bruits, souvent les plus

Digitized by Google

» éloignés de la vérité, de se répandre; mais je croyais avoir le
» bonheur d'être assez bien connu de Votre Éminence pour être
» sûr qu'Elle ne me croirait jamais capable de rien de ce qui
» pourrait lui faire la moindre peine ou troubler, même dans sa
» plus petite partie, l'ordre ancien sagement et saintement éta-
» bli. Il me paraît enfin que Votre Éminence pouvait être aussi
» persuadée que je n'ai pas la moindre part au bruit dont Elle me
» parle, qu'Elle est persuadée de son siége.

» Bien plus, je puis l'assurer en toute vérité que la première
» syllabe touchant ce prétendu démembrement de l'archevêché
» de Malines, je l'ai vue, je l'ai entendue en lisant la lettre de
» Votre Éminence. Jusque-là rien de semblable ne m'était pas
» même tombé dans l'esprit.

» Si tout autre m'en avait parlé, je n'aurais pu m'empêcher
» d'en rire, tant la chose est destituée de toute apparence de rai-
» son. Mais puisqu'elle vous a fait quelque peine, Monseigneur,
» tout éloignée de la moindre apparence de vérité et de vrai-
» semblance qu'elle est, j'en ai eu aussi véritablement de la
» peine.

» Quant à tous ces bruits, et ceux qu'on avait affecté de ré-
» pandre touchant le conseil royal, la commission ecclésias-
» tique, etc., etc., Votre Éminence peut s'y refuser d'avance et
» les rejeter avec une aussi grande certitude, une fois pour
» toutes, que si Elle lisait dans le fond de mon cœur. — Je suis
» devenu évêque, certainement sans l'avoir recherché; je ne
» peux plus quitter ma place, mais si je le pouvais, je le ferais
» bien plus volontiers que d'augmenter ma besogne, laquelle je
» trouve assez grande et dont j'aurai un assez grand compte à
» rendre.

» Je suis et ne cesserai jamais d'être avec autant de vénéra-
» tion que de profond respect, monseigneur, de Votre Émi-
» nence, le très-humble et très-obéissant serviteur. — Corn.
» Franc., Évêque d'Anvers. — Anvers, le 20 octobre 1786. »

Itaque falsum crimen, in praesulem Antverpiensem collatum

Digitized by Google

d alienandam ab eo Archiepiscopi voluntatem, statim concidit t exstinctum est, adeo quidem ut inter illos summa animorum ncordia et in rebus quibusque gravissimis consiliorum communitas firmiter stabilita fuerit, quod apprime compertum habeo x secretiori illorum literarum commercio.

Episcopali dignitate auctus talem se gessit Nelisius, ut inter ostros illius aevi praesules nullus forte diligentior et doctior ac a propugnandis Ecclesiae juribus magis strenuus exstiterit, prout atis superque testantur episcopatus ipsius acta, quae serie chronologica sequuntur.

Paucis post consecrationem mensibus, die scilicet 3 augusti 1785, primam congregationem archipresbyterorum, quae septima est ab eo tempore quo harum congregationum celebratio denuo a Wellensio restituta fuit, habuit Antverpiae; sequentibus annis sex aliae celebratae sunt [1]. Immo praesulem nostrum de celebranda synodo dioecesana, cujus vices supplent coetus archipresbyterorum, eo tunc tempore cogitasse liquet ex iis quae antea dicta sunt [2].

Res novae, quibus sub imperatore Josepho II gubernium studebat, multis magnisque molestiis praesulis animum affecerunt.

1786 *die* 22 *maii*. Remontrances à Leurs Altesses Royales les gouverneurs généraux, touchant l'ordre de publier au prône les édits de police et autres. — *Recueil des représentations belg., partie ecclés. IV, p.* 187, *collat. cum autographo.*

31 *maii*. Lettre à S. E. le ministre plénipotentiaire comte de Belgiojoso, touchant le séminaire général. — *Recueil des représentations belg., part. eccl. IV, p.* 181, *collat. cum autogr.*

Eadem die, habita est congregatio Archipresbyterorum. Vid. supra, p. 19.

18 *junii*. Représentation à Leurs Altesses Royales les gouverneurs généraux, touchant la suppression des confréries, des

[1] Vid. supra, p. 19.
[2] Vid., *ibid.*, p. 4.

Digitized by Google

processions, et sur les empêchements dirimants du mariage. — *Cit. collect., part. IV, p.* 189, *collat. cum autogr.*

Eadem die. Lettre du même évêque au conseiller de Reuss, au sujet de la représentation précédente. — *Ex autographo.*

26 *augusti.* Représentation à S. E. le ministre plénipotentiaire au sujet de l'édit impérial, instituant une nouvelle forme de concours pour la collation des bénéfices. — *Cit. collect., part. IV, p.* 203, *coll. cum autographo.*

Mense novembri. Représentation à Leurs Altesses Royales, les gouverneurs généraux, sur la suppression des séminaires épiscopaux. — *Cit. collect., part. IV, p.* 183, *coll. cum autogr.*

1787 *die* 18 *octobris.* Réponse de l'évêque d'Anvers à la lettre circulaire de S. E. le gouverneur général par intérim le comte de Murray concernant le séminaire général. — *Cit. collect., part. V, p.* 146, et *Vœu du peuple belg. contre le séminaire gén., p.* 155.

1788 *die* 4 *januarii.* Lettre en réponse à la dépêche du ministre en date du 27 décembre précédent, au sujet du séminaire général. — *Cit. collect., tom. XI, p.* 49.

7 *ejusdem mensis.* Autre lettre au même, au sujet des séminaires. — *Ibid., p.* 50.

14 *ejusdem mensis.* Avis ou représentation de l'évêque d'Anvers à Sa Majesté en son conseil souverain de Brabant, au sujet de la déclaration du 17 novembre précédent, modifiant l'ordonnance du 26 septembre 1785 concernant la publication des édits au prône par les curés. — *Cit. collect., tom. XII, p.* 192, *collat. cum autographo.*

7 *aprilis.* Extrait d'une enquête du troisième membre de la ville d'Anvers au magistrat de cette ville, au sujet de la suppression des séminaires épiscopaux et de l'établissement du séminaire général. — *Vœu du peuple belg., etc., p.* 302.

7 *maii.* Congregatio archipresbyterorum. Vid. supra, p. 19.

1789 *die* 12 *martii.* Réponse de l'évêque d'Anvers à la dépêche du ministre du 24 février précédent, au sujet du séminaire

Digitized by Google

général. — *Cit. collect.*, t. XIII, p. 150, *collat. cum autographo.*

24 *julii.* Congregatio archipresbyterorum. Vid. supra, p. 19.

28 *julii.* Réponse de l'évêque d'Anvers à la dépêche du ministre plénipotentiaire, en date du 27 du même mois, relative aux troubles arrivés à Louvain. — *Ex autographo.*

Eodem forte mense julio. Réponse de l'évêque d'Anvers à Sa Majesté, au sujet d'une plainte portée contre lui concernant le refus d'absolution dans le tribunal de la pénitence. — *Ex autographo.*

1790 *die* 30 *martii.* Herderlyken brief, strekkende tot instelling van eenen plegtigen dag van dankzegging over de volkome verlossing dezer provincie van haere vyanden. — *Edit. Antv.*, pp. 8, in-4°.

18 *maii.* Congregatio archipresbyterorum. Vid. supra, p. 19.

Eodem anno mense martio. Nelisius exaravit gravissimum illud responsum, quod suo et archiepiscopi Mechliniensis nomine missum fuit ad summum pontificem Pium VI, qui brevi apostolico die 23 januarii dato ad episcopos Belgii, Caesaris nomine satisfactionem Belgis dandam fore nunciaverat. — *Cfr. Synodici* t. II, p. 539-544.

1791 *die* 14 *martii.* Herderlyken brief nopens den nood der bestiering van den generaelen armen. — *Edit. Antv.*, pp. 9, in-4°.

26 *julii.* Congregatio archipresbyterorum. Vid. supra, p. 19.

1792, *diebus* 11, 12 *et* 13 *septembris.* Similis, ad instar synodi, congregatio. Vid. supra, p. 19.

13 *novembris.* Galli Bruxellas occupant, sed mense aprili 1793 Belgium deserunt.

1793 *die* 11 *aprilis.* Herderlyken brief behelzende eene aenmoedinge tot eendragtigheyd, tot mildaedigheyd tot den armen, en tot eene waere godsdienstigheyd. — *Edit. Antv.*, pp. 11, in-4°.

19 *julii.* Lettre à S. M. l'empereur François II, par laquelle l'évêque de Nelis justifie et excuse la conduite qu'il a tenue

Digitized by Google

pendant la révolution brabançonne, proteste d'une fidélité inviolable pour l'avenir, et demande l'autorisation de pouvoir soumettre à S. M. quelques réflexions sur le bien qu'il serait possible d'opérer en Belgique, en indiquant les maux et les remèdes. — *Ex autographo archivii regii Bruxellensis.*

Desunt nobis literae ab eodem praesule ad ministrum caesareum comitem de Trauttmansdorf scriptae, in quibus, ut videtur, inter alia agebatur de restituenda societate Jesu, et quas minister ille una cum literis de die 19 julii imperatori misit, ut ex sequentibus documentis constat :

« Sire,

» J'ai l'honneur de mettre très-humblement aux pieds de
» Votre Majesté une lettre que lui adresse l'évêque d'Anvers,
» avec celle dans laquelle ce prélat l'avait insérée.

» TRAUTTMANSDORF. »

Ad marginem imperator Franciscus II hanc apostillam adscripsit : « Je vous renvoie ci-jointe la lettre que l'évêque d'Anvers vient de m'adresser, avec celle qu'il a écrite à vous. Quant à la mienne, je vous prie de dresser une minute de réponse en termes généraux et polis, et de me l'envoyer pour ma signature. Dans la réponse que vous lui ferez en votre particulier, vous aurez soin de ne pas toucher l'article de la société des jésuites qui, vu les conséquences qui en résulteraient, ne saurait être aucunement tolérée ni en entier ni en partie. — » FRANÇOIS. — Vienne, ce 2 août 1795. »

4 *novembris.* Circulairen brief aen de land dekens van de districten van Antwerpen, Lier, Herenthals, Hoogstraten en Gheel, tot aenmoediging om provisien en geld te bezorgen voor de legers van Zyne Majesteyt den keizer tegen de Franschen. — *Edit.* in-4°, fol. 4; *adduntur literae Ordinum Brabantiae, quibus illa belli subsidia expetunt.*

13 *decembris.* Epistola Nelisii ad Summum Pontificem Pium VI, Bruxellis data, qua petit ut sibi facultas detur, etiam non requisito sui capituli consensu, bona quaedam sui episcopatus

Digitized by Google

oppignorandi, quo aerario Suae Majestatis adversus Gallos subveniat. — *Ex autographo; cfr. infra ad diem* 13 *jan.* 1794.

Eodem mense decembri (13 et 17). Ejusdem praesulis epistolae ad facultatem theologicam Lovaniensem, quibus de nova casus reservati quoad peccata contra quartum decalogi praeceptum ordinatione Facultatis consilium requirit. — *Ex autographo.*

19 *ejusdem mensis.* Responsum Facultatis theologicae ad praecedentes literas. Laudant theologi Lovanienses praesulis zelum, summo studio prosequentis quod rectum atque decens est, luctuosissimis illis temporibus, quibus societatis vincula ubique laxata sunt, et homines Dei timore posthabito viam pacis amplius cognoscere non videntur. Censent tamen, antequam extremum remedium, quale suo modo est reservatio, in usum assumatur, mitiora tentanda esse. — *Ex autographo.*

1794 *die* 13 *januarii.* Literae summi pontificis Pii VI ad Nelisium, quibus illi facultatem concedit oppignorandi bona episcopatus. — *Ex autographo.*

6 *februarii.* Vasten-bulle en instelling van eenen voortdurenden biddag in geheel het bisdom, met aenwakkering om den vyand van Kerk en Staet te bestryden. — *Edit. Antv., pagg.* 11, *in*-4°.

24 *martii.* Publicatio jubilaei a Pio VI die 7 junii 1793 concessi omnibus Christi fidelibus in dioecesibus Belgii Austriaci degentibus. — *Edit. idiomate flandrico,* pp. 8, in-4°.

Quum Belgii episcopi pro lucrando jubilaeo elegissent quindenam paschalem, die 6 aprilis episcopus Antverpiensis instituit preces solemnes et processionem, uti in festo sanctissimi Sacramenti, ut fidelium corda ad jubilaei gratiam magis praepararentur. Die vero 13 ejusdem mensis, ipsemet cum capitulo cathedrali ac toto magistratu, innumerisque cujusvis generis fidelibus undique confluentibus visitavit ecclesias ad lucrandum jubilaeum designatas.

21 *aprilis.* Episcopus Bruxellas proficiscitur ad Ordinum co-

Digitized by Google

mitia, ibique benigne ab imperatore Francisco II excipitur. Di 23 ejusdem mensis imperator, postquam cum duobus fratribu Carolo ac Josepho principibus communionem paschalem sump sisset, Bruxellis solemni ritu dux Brabantiae inauguratus est legesque, constitutiones et privilegia Belgarum sese observatu rum ac defensurum juravit. Fuit autem hisce diebus in Brabantiae metropoli maximus populi concursus, ac ingens laetitia cunctorum animos coeperat. — *Acta episcopatus* [1].

1 *junii.* Imperator civitatem Antverpiensem clanculo ingressus, agnitus tamen ad portas, multa civium acclamatione exceptus fuit. Post prandium ad basilicam se contulit, inde ad arcem, tum ad ecclesiam cathedralem, ubi per capitulum, absente episcopo, ad chorum introductus fuit, et cantato hymno *Te Deum*, picturas et alia pretiosa quaeque visitavit. — *Ibid.*

Laetis initiis tempestas asperrima instabat. Quum enim respublica Gallicana Belgium majori quam antea impetu invadere sese pararet, Belgii praesules hostium istorum exacerbatum in ordinem ecclesiasticum animum metuentes, fuga saluti consulere debuerunt.

23 *junii.* Episcopus Nelisius hanc ordinationem edidit : « Quum saepius multisque de causis consultum nobis fuerit, ut ne hisce temporum calamitatibus in civitate nostra episcopali moraremur, nos prudentissimorum virorum consiliis obsecuturi, ne quid oves, quae nobis commissae sunt, ex absentia nostra detrimenti patiantur, designare statuimus, sicuti designamus per praesentes, aliquos vicarios generales infra nominandos, quibus per totam dioecesim nostram et Buscoducensem in partibus catholicis potestatem et facultatem omnem tribuimus, quam ipsimet habemus, pro foro interno conscientiae et externo quoque in re matrimoniali et aliis, excepta tantum suspensione quam ipsimet inflexímus sive ad poenam sive ad cau-

[1] Registrum actorum a mense aprili anni 1794 usque ad diem 22 aprilis 1800, conscriptum ab episcopi secretario Antonio Oomen, plurima nobis hucusque parum nota documenta subministravit.

Digitized by Google

am et remedium, consentientes etiam ut si quis ex vicariis neralibus statim nominandis vita excederet, aut alias abesse geretur, reliqui vicarii conjunctim, aut tres saltem de consu aliorum expresso vel tacito, votorum pluralitate alium lem substituere queant.

» Vicarii autem generales sint : ampliss. dom. *Jos. F. E. Werouck*, capituli nostri decanus, *Antonius de Vries*, archidianus, *J. H. Van Bloer*, archipresbyter, *P. Simons Van upen*, poenitentiarius, et omnes amplissimi domini examinares synodales cum amplis. domino officiali.

» Si quandoque accessus ad civitatem nostram Antverpiensem ipossibilis aut nimium difficilis redderetur, easdem facultates ibuimus venerabilibus dominis decanis seu archipresbyteris iralibus, quod et eis per secretarium nostrum tempestive indiiri volumus.

» Notandum 1°. Quilibet vicariorum generalium easdem seorm ab aliis facultates habet, adeo ut quisque eorum consultus ut rogatus facultatem suam valide exercere possit, etiam aliis on consultis.

» 2° In conferendo tamen beneficio, curam animarum anexam habente, amplissimi domini votorum pluralitate procedere debebunt, et si collatio facile et sine animarum detrimento ifferri possit, per provisionem eidem aut per deserviturarn rovideatur, donec ipsius episcopi sententia exploretur.

» 3° Si quid typis mandandum sit, illud auctoritate senioris icarii in publicum edatur, ejusque nomen in fronte praeferat.

» 4° Quilibet vicarius notitiam tenebit eorum, quae in dies erfecerit, et quae notatu digna sunt, ad secretarios nostros, neliori quo possit modo, quamprimum deferet, ut tempestive mnia et accurate actis episcopalibus inserantur.

» Atque hae quidem facultates ad beneplacitum nostrum tantum concessae ac duraturae intelligantur. » — *Ex actis cit.*, fol. 12.

28 *junii*, appropinquante hostium exercitu, Nelisius Antver-

Digitized by Google

piam reliquit et Bredam se recepit, in vicinis pagis sacramentu Confirmationis conferens et paroecias illius regionis spiritu ipsius curae commissas visitans. Tutus illic consistere haud di potuit; quare Roterodamum petiit, et anno sequenti in Germ niam profectus, Academiam Gottingensem invisit, tum Osn brugam, aliasque insigniores civitates perlustravit. Ex Tigur quo illum diuturna cum Gaspare Lavater amicitiae consuetu advocaverat, in Bavariam concessit atque inde Italiam petiit Florentiam, Parmam, Bononiam, Romam ac Neapolim vicissi adiit. Tandem in Hetruriam substitit, hospitio receptus ap Camaldulenses haud procul a Florentia.

Quam acerbum Praesuli fuerit tam diu multumque ab eccles sua separari, et suorum in Belgio nunciis caruisse, conjice licet ex sequenti ipsius epistola ex Bononia Antverpiam perla mense septembri 1795.

« Cornelius Franciscus de Nelis, Antverpiensis episcopu amplissimis vicariis suis generalibus, decano capituli, tum pra sidi seminarii sui, caeterisque viris clarissimis, secretario etiam ornatissimis clarissimisque S. P. D.

» Quod per varias temporum locorumque circumstancia quas vocant, nulla inter nos commercia literarum exstiterint, quas dare potui literas interciderint (nullum certe hucusqu responsum retuli) grave mihi fuit, immo gravissimum, auxilqu non parum corporis morbos, quibuscum conflictavi.

» Ego, viri amplissimi atque ornatissimi, ubi Hollandia deserui mense octobri anni proxime elapsi, non tam metu ull quam studio rem utilem ecclesiae meae mihique perficiendi, *quam semper in votis habebam*, me in Bavariam contuli, il despecturus in Italiam an Vindobonam proficisci expeditiu foret. Italiam delegi utpote a bellico furore tum magis alienam Romam citis itineribus petens. Sed ecce dum Bononiam pe venio, magna illic immo immensa nive primum detineor, tum erisypelate aliisque subsequentibus incommodis, ut discedere illinc ante caniculares dies non licuerit. Avide etiam et vestra e

Digitized by Google

cis nuncia expectabam et expecto in dies. Quare ut de vestra ecclesiae nostrae salute tum de domo mea ea, quae me scire vat ac par est, edoceatis, etiam atque etiam rogo. Scripsi ad eos de vobis, et qua potui via non semel; literae ne intercideat, vereor. Hoc scio me per annum integrum sive in Hollandia ve in itinere sive hic in Italia nunciis caruisse. Scribatis, rogo, cta Bononiam. Dum mihi inscriptae sunt literae, pervenient. go me et ecclesiam meam, resque meas omnes vobis ex animo ommendo. Bononiae XI cal. sept. MDCCLXXXXV. »

Ex hoc aliisque documentis constat exulem praesulem de cclesia sua continuo fuisse sollicitum. Eam verò quam apud elgas sapientiae et pietatis famam nactus erat, apud exteros eregrinatio auxit, et majorem illi nominis celebritatem attulit. uanquam exul ac profugus, attamen cum Germaniae et Italiae iris doctissimis epistolarum commercia fovere, et literas amare ic colere non destitit. Argumento sint opera ipsius quae Parmae t Romae typis excusa sunt [1], et quae typis jamjam parata mortiens Camaldulensium bibliothecae legavit [2].

A Nelisio quaesita apud Italos et initio reperta tranquillitas, anno 1796 prope evanuit. Galli enim mense julio Bononiensem tractum, qui dominationis pontificiae est, vi invaserunt, et mense februario anni sequentis Romandiolam aliaque loca sibi subjecerunt. Quieti publicae longe funestior fuit annus 1798, ob cala-

[1] Scilicet *Prodromus rerum Belgicarum*, Parmae, 1795, in-8°, cum icone auctoris, et *Aveugle de la Montagne, Entretiens philosophiques*, opus (quod privatis typis ediderat an. 1789-1793, 2 vol. in-18) auctius recusum Parmae, 1795, in-8°, et Romae, 1797, in-4°.

[2] Numerantur inter illos codices manuscriptos 1° *Quaestionum Camaldulensium libri IV*, scilicet de avocandis et disjungendis hominibus sive de re rustica et agrorum secessu, nec non de oppidorum atque urbium incommodis; de antiquissimis societatis humanae dissidiis ad Platonis allegoriam de bello Atlantum; de Celtis Italiae incolis et de nominibus urbium ac populorum per orientem et septentrionem adusque mare Tyrrhenum, etc. — 2° *Europae fata, mores, disciplinae, ab ineunte saeculo XV usque ad finem saeculi XVIII.*

Digitized by Google

mitates innumeras quibus romanus seu pontificius status dir vexatus et tantum non oppressus fuit. Etenim mense februari Pius VI nullo jam pudore, nulla senectutis ejus aut dignitati habita ratione, suis ex aedibus vi eductus, Roma (aeterno Roma norum Pontificum Petri successorum domicilio) excedere com pulsus est, dum interim vesana plebs incredibili protervia e effreni licentia sacra omnia profanaque conculcabat.

Captivus Pontifex Maximus primum deductus est Senas Hetruriae urbem, a Florentia milliaribus duodecim dissitam Nelisius, ut Pastorum principem consolaretur, se illuc eo tempore contulit, ibique moram traxit certe usque ad diem 16 aprili 1798, quo Antverpiam epistolam scripsit, cujus fragmentum infra inter acta vicariorum generalium referam. Ex Senensi custodia ad Carthusianos Florentinos eductum Pontificem quas vicinum praesul noster deinde habuit. Hujus rei meminit in epistola Florentiae scripta 13 junii 1798, et Antverpiam ad secretarium suum Antonium Oomen missa ad exhortandum clerum ut erga eos qui *juramentum odii*, ut aiunt, praestiterant, mansuete se gererent. « Non omnes (aiebat) epistolas accepisse » me ex adscripto numerorum scemate judico, nisi fortasse tua » te adnumeratio fefellerit. Accepi tamen quotquot mihi neces- » sariae fuere, ut de totius rei immo omnium rerum statu dijudicare recte possim. Tibi feci satis, feci et mihi in negotio » Huleuano [1], in quo ego profecto nullam culpam habui. Sed » finita haec res est. Vos tantum ne mala nostra eaque ecclesia- » rum omnium aggravetis praepostero zelo aliquid faciendo, » neve quaeso longius progrediamur quam vel archiepiscopus » vester, immo una cum Summo Pontifice (qui, quod scitis, » heic apud nos in suburbano Florentiae est) omnes episcopi » Italiae. Nullae itaque censurae, interdicta nulla : in opinione » sua Tornacenses, Leodienses, alii permaneant, et qui ex nos- » tris ita sentiunt; quamdiu Ecclesia non pronunciaverit, nor-

[1] Vid. infra ad diem 16 *aprilis* 1798.

Digitized by Google

mamve stabilem fixerit, relinquamus in manu consilii sui, immo consilii Dei, qui diversum a nobis sentiunt. Modo contra veritatem aut conscientiam nos nihil neque docendo neque per nos metipsos agendo operemur. Ita heic in Italia. Ingemiscere licet, non praefractius sententiam nostram tueri; oportet praeterea a nulla re magis cavere quam a conflictatione illa sententiarum atque opinionum. Vos archiepiscopo vestro, immo Pontifici Summo adhaerete, et me semper consentientem habebitis, qui a capite nostro (cui vicinus esse pergo, pergamque donec tempestas deferbuerit) ne latum quidem unguem discedam [1].

Temporis acerbitate et aegra corporis valetudine percussus, iram habuit de iis quae Antverpiae agenda erant, si forte orte abriperetur. Ex Florentia itaque ad eumdem Antonium omen 30 junii 1798 haec scripsit : « De vertentibus controversiis [2] aliud oraculum non edixit Pontifex, quod ego quidem sciam, quam illud Joannis Baptistae : *non licere*. Itaque non nisi prudenter et prudentissime, quoad poenas canonicas et hujusmodi, procedendum est, et semper eodem passu quo Mechliniensis et Ruraemundensis. Videbis ex adjuncta quae fideliter deducta est ex scriptura authentica, sigilli Pontificis Opt. Max. (quod ipse solus penes se habet et nemo alius) obsignata, quam alacriter et studiose servo, me rebus multis providisse : et totus in eo sum ut magis magisque provideam. Noctes diesque de meis sollicitus sum, et in aegra valetudine, quidquid temporis superfluum est, literis tribuo.

» Facultates extraordinarias quas, ut vides, communicare possum cui prudenter visum fuerit, soli vicario meo generali, pastori in Ghierle, communes mecum esse volo impraesentiarum, atque eo impedito aut absente, tibi, mi Patrue [3], ita

[1] Vid. infra ad 30 *junii* 1798, quid episcopo responsum fuit quoad juratos.

[2] Quoad *juramentum odii*.

[3] Ita latinum fecit nomen secretarii sui *Oomen*.

Digitized by Google

» tamen ut de majoribus caussis et quae inducias aut mora
» aliquam patiuntur, ad me referatur. »

Scedula de qua in literis mentio est, haec erat :

« Ex audientia Sanctissimi Florentiae ex coenobio Carthusia
norum de 28 junii anni 1798.

» Sanctissimus (attentis temporum difficillimorum impedi
mentis et ratione habita oratoris Episcopi, cujus singulare
numquam satis laudandum pro ecclesia universa et pro dioece
sua studium tam insignibus documentis patefactum est, praese
tim quum, ut ovibus suis cumulatius prodesse posset et efficaci
consulere, ad Sedem Apostolicam et Matrem ecclesiarum conse
lendam incommoda valetudine ac devexa jam aetate in Italia
venire et ad Pontificem accedere minime recusaverit) benigna
ejus precibus concessit, ut si, quum orator e vita migraveri
capitulum dissipatum sit, quini, qui membra ejusdem capitu
sint, simul coeuntes, si plures convenire non possint, nominan
valeant unum sive plures vicarios generales ad dioecesim Ant
verpiensem et partem Sylvaeducensis episcopo oratori conce
ditam regendam : iique vicarii generales facultatibus ac juribu
omnibus utantur, quibus legitime utuntur qui vicarii capitu
lares constituti sunt, quae facultates valeant donec aliter pro
videatur.

» Item Sanctissimus iisdem de causis episcopo oratori confir
mavit facultates omnes extraordinarias ei jam antea concessas
tum alias omnes et singulas addidit, tam in spiritualibus quam
in temporalibus quae saeculo hoc XVIII alicui ex episcopis etiam
extra ordinem a S. Sede concessae sunt, ut scilicet his, donec
aliter provisum fuerit, per omnem dioecesim Antverpiensem e
commissam sibi partem dioecesis Sylvaeducensis, aut ejus vicari
generales utantur, perinde ac si hic singillatim expressae essent
hac in re auctoritate apostolica fungens etiam ut Legatus apos
tolicus. Ita tamen ut paratus sit semper eorum, quae ad re
temporales sive beneficiarias pertinent, si rogatus ac jussu
fuerit, S. Sedi rationem reddere, ac, si fieri possit, eidem sup

Digitized by Google

are, si quid ulterius fuerit agendum : contrariis quibuscum-
non obstantibus. — Josephus Marotti, a Secretis Sanctis-
ii. — L. † S. »

Paulo post, scilicet die 21 augusti 1798, Cornelius noster
rtem obiit. Ignatius Perini, presbyter Oratorii, et Nelisii,
m in Italia moraretur, secretarius, acerbum illud nuncium
tverpiensibus detulit, scriptis literis de die 22 ejusdem mensis,
oris sequentis : « Incredibili animi dolore afficior et vix pos-
m verba proferre, et tamen haec licet summopere infausta
i[1] nuntiare cogor. Cornelius noster spectatissimus, vestrum-
e amantissimus, heri hora quarta matutina fato cessit.... Jam
anno et aliquot mensibus noster bonus pastor et amicus, ita
im nominare eum possum, se oppressione pectoris cruciatum
ntiebat, quae magis magisque a duobus mensibus Florentiae
gravabatur. Postquam devenimus in hunc sacrum locum [2],
o transvehi voluit solitudinis amore et ut aliquod huic malo
o levamen inveniret, paucis aliquot diebus bene se habuit; sed
nc malum, quod erat absconditum uno ictu se manifestavit,
que in ipso detegebatur vitium aliquod organicum praecor-
ale.... Mors ejus vitae conformis fuit, tantum valet ac si di-
rem *sancti*. Incredibile est quantum affecti fuerint optimi illi
ligiosi, quamvis eum a pauco tantum tempore cognovissent;
omni modo hoc monstraverunt, immo tantus eorum fuit
fectus, ut sepulturae ejus destinaverint locum, in quo omnes
ujus eremi sepulti sunt beati. »

Hoc sibi vivens epitaphium conscripserat :

HIC. JACET
CORNELIUS. FRANCISCUS. DE NELIS
EPISC. ANTVERPIENSIS
PECCATOR. ET
PEREGRINUS.

[1] Antonio Oomen.
[2] Eremum Camaldulensium.

Digitized by Google

A testamenti executoribus aliud deinde ad sepulturae locum appositum est :

CORNELIO . FRANCISCO . DE . NELIS
DOMO . MACHLINIA
ANTVERPIENSI . EPISCOPO . VIGILANTISSIMO
RELIGIONIS. ZELO. PIETATE. ERUDITIONE
CONSTANTIA . IN . ADVERSIS . NULLI . NON . CONFERENDO
QUI . SOLITUDINIS . AMORE . FLAGRANS
IN CAMALDULENSI. EREMO. DIEM. OBIIT. SUPREMUM
ANNO . SAL . CIↃIↃCCLXXXXVIII
XII KAL. SEPTEMBRIS
ÆT. SUÆ. LXII M. II D. XVI.

Testamenti, die 14 ejusdem mensis augusti conditi in monasterio Camaldulensi, haec summa est :

1° Revocat omnem dispositionem ultimae voluntatis antea factam et praecipue illam quae facta fuerat Bononiae in Italia die 21 martii 1796.

2° Nominat ac instituit quatuor haeredes fiduciarios, Ignatium Perini, Taurinensem, Adrianum Oomen, pastorem in Ghierle, Dominicum Hyacinthum de Nelis, ejus germanum fratrem, nec non Joannem Franciscum Josephum Brogniet, comitatus Hannoniae, quatuor simul et cum facultatibus paribus.

3° Vult sepeliri in ecclesia loci, ubi se mori contigerit, sed absque exteriori pompa, praeter funebria in die depositionis peragenda; item vult ut intra mensem a morte ejus celebrentur in ecclesia Eremitarum Camaldulensium mille missae in refrigerium animae suae.

4° Jubet ut pauperes suae dioecesis Antverpiensis ac praealiis quilibet ecclesiastici viri qui tristi hoc tempore majoribus calamitatibus obnoxii fuere (solutis debitis cujuscumque speciei aut qualitatis ab ipso testatore contractis, quaeque extra Italiam solvenda remanent) habeant quamcumque summam aut residuum ejus proventuum ecclesiasticorum existentium tum intra tum extra dictam dioecesim, ipsis distribuendam arbitrio et conscientia dictorum quatuor haeredum fiduciariorum.

Digitized by Google

5° Facit plura legata consanguineis suis, quos nominatim exprimit, item Ignatio Perini et Joanni Brogniet, aliisque.

6° Illis duobus haeredibus fiduciariis injungit, ut solutis iis quae a testatore debentur ex justitia vel ex conscientia, sumptibus funeris, etc., quidquid residuum fuerit erogent ac distribuant juxta ipsius voluntatem, de qua oretenus certiores eos fecit, pauperibus praesertim verecundis, arbitrio et electione eorumdem duorum domesticorum, qui postmodum rationem reddere debebunt gestorum suorum Adriano Oomen et Ignatio Van Gils, pastori Bredano; eos tamen absolvit ab onere faciendi inventarium.

7° Quatuor nominatis haeredibus fiduciariis, item Antonio Oomen, qui testatori fuerat a secretis, et Ignatio Van Gils, pro recognitione gratuita legavit argenti uncias mille, inter ipsos aequaliter distribuendas.

Sic procul a patria vitae cursum complevit antistes dignissimus, multis perfunctus laboribus variisque casibus actus.

§. XX.

Vicariatus, primum absente et deinde mortuo episcopo, usque ad episcopatus suppressionem.

Reliquum est ut chronologico ordine indicetur quid Antverpiae in administranda dioecesi a vicariis generalibus gestum est a mense junio 1794, quo episcopus peregre abire debuit, usque ad episcopatus suppressionem.

1794 *die* 2 *julii*. Vicarii generales videntes quod ex dioecesibus vicinis multi ecclesiastici quin et pastores quidam diffugerent, ediderunt literas quibus monentur ac rogantur pastores et reliqui curam animarum habentes, ut oves sibi commissas fugiendo non deserant. — *Acta episc. fol.* 13.

10 *ejusdem mensis*. Gallorum exercitibus civitati imminenti-

Digitized by Google

bus, et armato milite ubique per dioecesim diffuso, vicarii generales instructiones ediderunt, quibus pastoribus et confessariis ampliores facultates conceduntur, ut tempore belli spirituali fidelium necessitati facilius provideatur. — *Edit. fol.* 8 *in*-8°.

23 *ejusdem mensis.* Austriacis et Anglis Antverpiam deserentibus, Galli circa vesperam civitatem ingressi sunt, et copiarum praefectus ad aedes episcopales divertit. Postridie vicarii generales Werbrouck et de Vries, a capitulo deputati, duces principaliores adierunt, sese totumque clerum commendantes illorum protectioni. Illi quidem promiserunt se pacem publicam pro viribus procuraturos, neque passuros umquam liberum religionis exercitium per quemquam suorum impediri.

25 *ejusdem mensis.* Respublica Gallicana petit a civitate Antverpiensi contributionem decem millionum in numerata pecunia solvendam a clero aeque ac a civibus. Vicarius generalis Werbrouck in aedibus suis congregavit omnem clerum tam regularem quam saecularem, item superiores monialium seu earum directores, atque ex iis commissi fuerunt octo qui simul cum magistratu de hac re deliberarent. — *Acta episc. fol. v.* 17.

2 *augusti.* Ad solvendam contributionem vicarii generales facultatem fecerunt ecclesiis alienandi et distrahendi argentum cultui divino hactenus destinatum, vasis sacris exceptis, illudque transfundendi in aerarium commune. Unde ex civitatis ecclesiis asportatum fuit argentum multum nimis; omnes etiam clerici et cives utensilia ex argento confecta singulari zelo in aerarium contulerunt. — *Ibid. fol. v.* 18.

7 *ejusdem mensis.* Vicarius generalis Petrus Simons Van Eupen per unum e concilio, quod *Comité du salut public* dicebatur, quodque pridie institutum fuerat, armata manu e domo sua traductus fuit in carcerem quem vulgo *Het Steen* vocant. Postquam ibi cum patre Peltiers ordinis S. Dominici, duobusque civibus per aliquot dies detentus fuerat, deductus est cum iis Insulas Flandrorum et deinde ad interiorem Galliam, arctae custodiae mancipatus et sortis suae ignarus.

Digitized by Google

11 *ejusdem mensis.* Vicarii generales, vi facultatis ab episcopo illis concessae (*Vid. supra*, p. 105), tres alios substituerunt, scilicet cathedralis ecclesiae canonicum Barthels, Guilielmum Joannem Van Bombergen, plebanum partis borealis eccl. cath., et Gasparoli ejusdem eccl. canonicum graduatum, qui jurisdictionem exercere poterant casu quo non amplius quam quatuor ex antea nominatis vicariis generalibus reperirentur, qui functiones suas publice ac libere peragere possent.

19 *ejusdem mensis*, commissarii reipublicae Gallicanae, aedes episcopales ingressi, declararunt omnia episcopi bona mobilia et immobilia reipublicae esse vindicata, omnibusque qui in ipsius servitio fuerant, demigrandum. Quum vero in his aedibus haberentur plura quae non ad episcopum sed ad sedem episcopalem spectarent, commissarii singula adnotarunt, sigillo obsignantes cameras a belli duce vel ejus officiariis non occupatas.

Mense septembri, magistratus, a Gallis constitutus, omnem adhibebat operam, ut compleretur contributio decem millionum. Singulo itaque die capiebantur aliqui obsides e clero et e nobilioribus civibus, et in Galliam deturbabantur.

Mense octobri, instituitur *Tribunal criminalium*, constans ex praeside et septem judicibus, qui de omni actione et crimine sine appellatione decidebant.

Inter priores sententias quas tulit famosum istud tribunal, numeratur illa quae lata est in Joannem Ludovicum Marcelli, presbyterum Gallum, capite damnatum, quia e Gallia vitandae persecutionis gratia effugerat, ad parentes exules scripserat, et extorribus ac egenis conterraneis opem contulerat.

Innumeri etiam cives carcere et mulctis pecuniariis ab isto tribunali damnati sunt, quia monetam reipublicae, vulgo *assignats*, recipere noluerant.

1 *novembris*. Magistratus ab omnibus totius dioecesis pastoribus publicari jussit mandatum, quo jubentur omnia vasa sacra, sine ulla exceptione, aurea et argentea, quae in ecclesiis et sacellis erant, immo utensilia ex auro vel argento quae cives habebant,

Digitized by Google

transferri ad domum senatoriam, ut contributioni solvendae fieret satis.

Deputati quidam a magistratu ipsimet templa ingressi, temerario ausu et manu sacrilega, calices et ciboria arripiebant, et sacras hostias in vasa stannea projiciebant blasphemantes. Neque his contenti, publicari jubent sacerdotes teneri cultum divinum diligenter celebrare.

Ecclesiis omni pretiosa suppellectili spoliatis, sacerdotes in calicibus stanneis, ab abbate S. Salvatoris consecratis, per plures menses missae sacrificium obtulerunt.

10 *decembris*. Patribus B. M. Virginis e monasterio suo expulsis, eorum ecclesia convertitur in *Templum Rationis*, quae nova religio solemni ac sacrilego ritu hac die celebrata fuit.

Eadem die plantatur *Arbor Libertatis*, et imago Imperatoris et Summi Pontificis eorumque insignia in foro flammis traduntur.

1795 *die* 8 *maii*. Novae facultates a Nuncio apostolico, Caesare Brancadoro, vicariis gen. concessae. — *Acta episc. fol. v.* 24.

Mense augusto. Prohibentur a Repraesentantibus populum, ut aiebant, processiones publicae. Omnes etiam decimae reipublicae vindicantur.

Mense octobri. Publicatur decretum Conventionis nationalis, quo Belgicae provinciae declarantur incorporatae Reipublicae Gallicanae. Vix promulgatum erat illud decretum, quum ordinatum fuit, ut status omnium bonorum ecclesiasticorum ad Commissarios Reipublicae deferretur.

24 *novembris*. AEdes episcopales occupantur a praefecto *Departementi* utriusque Nethae.

1796 *die* 13 *februarii*. Exigit gubernium catalogum cleri tam saecularis quam regularis totius dioeceseos.

29 *ejusdem mensis*. Denuo replantata fuit in medio magni fori *Arbor Libertatis*, et in *Templum Legis* conversum sacellum vulgo *de Huyvetters capel*, ubi quidam Carolus d'Or sermonem habuit blasphemiis in religionem ejusque ministros plenum. Ad has similesque caeremonias pauci quidam rebus novis addicti

Digitized by Google

confluebant; civium vero pars longe maxima, domi reclusa, ostendebat satis superque quantum Gallicae istius libertatis esset pertaesa.

8 *martii*. Commissarius reipublicae (*le commissaire du directoire exécutif*) inhibet pastoribus publice portare Viaticum ad aegrotos, qua de re pastores libello supplici querelas detulerunt ad tribunos populi. — *Acta episc. fol.* 43.

1 *maii*. Agitur de convertendo seminario episcopali in cameram vectigalium reipublicae.

24 *ejusdem mensis*. Magistratus, immissis equitibus, dispergit turbas fidelium sequentium pastorem Viaticum ad aegrotos portantem.

28 *ejudem mensis*. Exiguntur registra baptizatorum, conjugatorum et defunctorum, quae hactenus in presbyteriis servabantur.

3 *junii*. Numerus vicariorum generalium augetur, iisque adscribitur Josephus Forgeur, in seminario episcopali professor.

8 *junii*. Publicatur decretum, quo statuitur quod omnes religiosi, quorum monasteria suppressa fuerant imperante Josepho II, et qui hoc titulo gaudebant pensione ex aerario publico, deinceps illa pensione non amplius fruerentur, nisi coram magistratu solemniter declararent odium dignitati regiae, ac juramento affirmarent se reipublicae Gallicanae devotos fore et fideles. Idem statutum fuit quoad pastores omnesque ecclesiasticos, qui ex decimis, quas Galli sibi vindicabant, pensionem recipere debebant.

8 *julii*. Magistratus jubet amoveri ex ecclesiis aliisque locis quaecumque insignia nobilitatis (*les armoiries, couronnes, et autres signes de féodalité*).

5 *septembris*. Vicarii generales comitiis Gallicanis (*conseil des cinq cents, conseil des anciens et directoire exécutif*) offerunt libellos supplices ad impediendam monasteriorum suppressionem, quae tamen mox decreta fuit. — *Acta episc. fol. v.* 69 *et seqq.*

17 *octobris*. Vicariorum generalium Antv. responsum ad vicarios generales Gandavenses quoad monasteriorum suppressio-

Digitized by Google

nem, una cum instrumento quo probatur decretum de suppressione apud Belgas vim non habere. Eorum responsum seu resolutionem aegre tulerunt Gandavenses, quibus denuo respondit vicarius generalis Werbrouck addens Antverpiensem resolutionem probatam fuisse ab Archiepiscopo Mechliniensi. — *Acta episc. fol.* 76, 81 et 82.

Mense novembri. Galli ubique urgent monasteriorum suppressionem, et vi domos religiosas invadunt ac spoliant.

15 *decembris.* Vicariorum generalium instructio pro religiosis e monasteriis suis expulsis. — *Acta episc. fol.* 89.

1796 *die* 2 *maii.* Antverpiae promulgatur decretum *du 7 vendémiaire an IV, sur la police extérieure des cultes.* Vicarius gen. Werbrouck admonitus literis commissarii reipublicae ut eidem decreto promptus obediret, illico respondit : « *Je* » respecte profondément l'autorité civile, j'ai à son égard toute » la soumission, toute l'obéissance que Dieu, dans ses Saintes » Écritures, ordonne aux hommes par rapport aux puissances » de la terre. Mais les lois civiles, citoyen commissaire, sont » l'ouvrage des hommes, elles peuvent se trouver en contradic- » tion avec les lois de Dieu, et pour lors il est évident et il nous » est ordonné d'obéir à Dieu plutôt qu'aux hommes. Or, parmi » les lois de la république déjà émanées, il y en a, je ne le vous » cacherai pas, sur lesquelles ma conscience, après l'examen le » plus mûr, ne peut aucunement se rassurer. Je ne puis donc » satisfaire à ce que vous exigez de moi, et par conséquent il ne » m'est pas permis d'engager les autres à y déférer, car ce serait » indignement abuser de la confiance publique (si toutefois j'ai » pu me l'attirer) et du caractère dont je suis revêtu. Je ne puis » par conséquent donner l'exemple que vous réclamez ; au con- » traire, mon exemple doit affermir tous ceux qui me sont sou- » mis dans l'ordre de la hiérarchie établie par Jésus-Christ. Si » après les démarches que nous allons faire près des autorités » supérieures, vous croyez de votre devoir de sévir contre des » innocents, je remets dès à présent mon corps et mes biens

Digitized by Google

entre vos mains, mais mon âme entre celles de son créateur qui est en état, s'il lui plaît, de me délivrer de toute poursuite. » Haec epistola, ubivis summo plausu excepta, typis evulgata fuit; quod aegerrime tulit commissarius reipublicae.

5 *ejusdem mensis*. Supplique des curés d'Anvers adressée à l'administration centrale du département des Deux-Nèthes contre le décret du 7 vendémiaire an IV. — *Acta episc. fol. v.* 109. Ab iisdem copia hujus libelli supplicis missa fuit Corpori legislativo et commissario potestatis executivae.

6 *ejusdem mensis*. Simile memoriale a Decano et capitulo ecclesiae cathedralis oblatum Corpori legislativo. — *Acta episc. fol.* 113.

25 *ejusdem mensis*. Antverpiae affigitur decretum Directorii Parisiensis, quo decernit decretum *du 7 vendémiaire* esse legem ubique in provinciis belgicis executioni mandandam, nullamque bullam seu instructionem pontificiam promulgari posse sine licentia Corporis legislativi.

His aliisque decretis satis superque constabat, quid Galli per supremaliam et leges reipublicae intelligerent; adeoque vicarii generales plurimum confirmabantur in sua sententia, scilicet a nemine, qui Sedi Apostolicae et communioni fidelium adhaerere vellet, praestari posse declarationem a Gallis petitam. Statuerunt itaque sacerdotes Antverpienses, non praestita declaratione, in functiones ministerii sui strenue procedere, paucis hinc inde tremulis domi manentibus aut secreto sacra obeuntibus.

17 *junii*. Supplique du secrétaire Antoine Oomen à l'administration centrale du département des Deux-Nèthes, pour demander la radiation du nom de l'évêque d'Anvers de la liste des émigrés. — *Acta episc. fol. v.* 119. Idem similem libellum supplicem anno superiori obtulerat.

20 *ejusdem mensis*. Pastor S. Jacobi (M. F. Van Camp) in custodiam ducitur, eo quod illum sacram communionem ad aegrotos deferentem cives nonnulli essent secuti.

13 *julii*. Rejecto ab administratoribus reipublicae priori li-

Digitized by Google

bello supplice, alterum illis offert Antonius Oomen, ut episcopum e catalogo *emigrantium* eliminarent. — *Acta episc. fol.* 123 *et fol. v.* 126. Die 6 augusti nomen episcopi provisorie expunctum fuit ex isto catalogo. *Ibid. fol.* 136 [1].

29 *ejusdem mensis.* Postquam res de facienda declaratione obedientiae legibus reipublicae eo deducta esset, ut Parisiis a concilio vulgo *des Cinq Cents* decerneretur aliquam a ministris religionis declarationem exigendam esse, eo tunc vicariorum generalium conatus dirigebantur, ut impedirent, ne concilium Seniorum (*le conseil des anciens*) dictam resolutionem approbaret, vel saltem talis conciperetur declarationis formula, quae tuta conscientia admitti posset. Plurimi e legislatoribus rogaverant, ut dioecesium nostrarum moderatores talem formulam, decreto publico firmandam, Parisios transmitterent.

Vicarii generales in tam gravi negotio statuerunt convocare praecipuos de clero, ut communi consilio decerneretur quid faciendum, quid omittendum foret. Timendum enim erat, ne per novam et forte subdolam declarationis formulam, divisis et in diversa abeuntibus sententiis, etiam animi cum ingenti fidelium scandalo dividerentur, quod jam per priorem formulam factum fuerat. Itaque praecipui de clero, adjunctis aliquibus S. Theologiae doctoribus Academiae Lovaniensis, Bruxellis congregati examinarunt plures formulas, et ex iis approbarunt quatuor sequentes, quas licite praestari posse judicavit congregatio :

« 1ª *Je promets soumission au gouvernement français ;*

» 2ª *Je promets soumission à la république française ;*

» 3ª *Je promets soumission à la république et au gouvernement français.*

» S'il est nécessaire, on pourra ajouter à ces formules les mots *fidélité* ou *obéissance*, et même l'un et l'autre ;

» 4ª Si l'on veut absolument *obéissance aux lois*, il sera nécessaire d'ajouter : *pour autant que Dieu le permet et l'ordonne.* »

[1] Cfr. Mertens et Torfs, *Geschiedenis van Antwerpen*, t. VI, p. 597.

Digitized by Google

Hac de re vicarius generalis Werbrouck, congregatorum noine, scripsit ad Joannem Baptistam Boucqueau, J. U. licentum, Parisiis tunc cleri nostri causam agentem, eique misit istolas, alteram quam omnibus, si opus foret, ostendere post, alteram vero quae varias instructiones continebat. — Exsnt illa documenta in *Regist. Actor. episc. fol.* 130 *et sqq.*

Mense septembri. Horrida in gubernio reipublicae Gallicanae utatione facta, plurima cuduntur decreta justitiae ac libertati on minus quam religioni infesta. Haec inter erat decretum, iod legem *du 7 vendémiaire an IV* integram publicari manbat, statuebatque ut loco prioris declarationis, hac lege conntae, a clero exigeretur juramentum : « Je jure haine à la royauté et à l'anarchie, et attachement à la république française et à la constitution de l'an III. »

Mox a Vicariis generalibus resolutum fuit impium illud juraentum praestari non posse, quod et declaravit cardinalis Archieiscopus Mechliniensis [1].

21 *ejusdem mensis.* Quum nullus in civitate Antverpiensi sacerosho juramentum praestitisset, omnis publica functio et omne icerdotale ministerium cessare debuerunt. Clauduntur ecclesiae sacella, immo etiam extra civitatem proscribuntur officia divina.

9 *novembris.* Publicatur decretum quo bona pastoralia et sae etiam ecclesiae, quae non occupantur per sacerdotes qui iramentum *odii* praestiterunt, sequestrantur. Quidam enim in ioecesi Antverpiensi presbyteri, exemplo Leodiensium et Toraecensium, hoc juramentum tandem praestiterant.

Mense decembri. Vicarii generales resolvunt non licere fideliis cum juratis communicare in divinis.

Ineunte anno 1798, plures presbyteri in fide constantes appreenduntur a Gallis, ultra maria deportandi, quos inter vicarius generalis Werbrouck, quem frustra amici hortati fuerant, ut iga periculo se subduceret.

[1] Cfr. Van de Velde, *Synops. mon.*, t. II, p. 492.

Digitized by Google

14 *januarii*. Publicatur lex *du 5 frimaire an VI*, qua supprimuntur collegia canonicorum, beneficia simplicia, seminaria, omnes etiam congregationes religiosae et laicae.

2 *februarii*. Quum in aliis dioecesibus plures presbyteri juramentum *odii* praestarent, et nonnulli, praesertim archipresbyter Mechliniensis Johannes Gislenus Huleu, alios scriptis suis ad jurandum inducerent, vicarii generales Antverpienses monuerunt clerum, ne aberraret. — *Acta episc. fol.* 154.

11 *ejusdem mensis*, Antverpiam advenerunt literae ab episcopo Cornelio Fr. de Nelis scriptae Romae die 12 januarii 1798, in quibus de juramento haec leguntur : « Ultima haec procella, quam duabus epistolis mihi enarrasti fragilem salutis nostrae naviculam tantum non demersit. Caeterum quod tu facis, mi Patrue [1], facere et ego conabor, mediisque in fluctibus tutus ingrediar seu potius progredi pergam; etsi corpore absens attamen praesens spiritu et particeps in tribulatione, vestri semper in orationibus memor, quamvis et hae fragiles sint.... Quod attinet ad quaesita vestra (num juramentum licitum esset, et quomodo tractandi illi qui juraverant), nihil Ecclesiarum omnium Mater hucdum statuit quoad censuras, et in his certo maxima cum prudentia procedendum est, neque aliquid, quamvis nobis bonum videatur, facere quam quod ab aliis ecclesiis praesertim metropolitanis fieri videmus; et hoc ipsum magna cum cautela; itaque ne vel latum unguem a vicina nostra [2] discedamus, contenti *instare*, *obsecrare in omni patientia et doctrina*, et exemplo potius quam multiloquio rei optimae favere, prodesse aliis quod quidem, qua licet, hoc facere studeo. Rerum suarum omnium sponsaeque carissimae curam tibi tuisque episcopis tuus commendat. »

5 *martii*. Resolutio vicariorum generalium, qua emptiones

[1] Scribit Nelisius secretario suo Antonio Oomen.

[2] Scilicet *metropolitana ecclesia Mechliniensi*. Illud etiam rursus inculcat praesul in literis die 15 junii 1798 Florentiae scriptis. Vid. supra p. 108.

Digitized by Google

norum ecclesiasticorum aliorumque illius generis ut emigran-
m, etc., quae a dominantibus Gallis vendebantur, declarant
citam. — *Acta episc. fol.* 158.

Eodem mense, plures pastores qui juramentum non praesti-
ant, ex ecclesiis et presbyteriis suis armata manu expel-
itur.

16 *aprilis*. A multo tempore percrebuerat rumor archipresby-
um Mechliniensem Huleu, juratorum ducem ac praecipuum
amenti defensorem, ab episcopo Antverpiensi constitutum
sse vicarium generalem. Nullus Antverpiae huic famae fidem
bibere poterat, neque credendum videbatur praesulem doctis-
num, cui vicarii dignissimi deserviebant, hisce superintro-
xisse alienum qui apud bonos omnes male audiret. Hac de re
icariis generalibus Antverpiensibus ad episcopum in Italia
mmorantem relatum fuit.

Interim archipresbyter Mechliniensis instrumento publico,
scripto hoc titulo : *Joannes Gislenus Huleu, Licentiaet in de
Godsgeleerdheyd, vicarius generael van Z. H. den Bisschop
n Antwerpen, etc.*, prorogaverat tempus paschale pro eccle-
S. Jacobi Antverpiae, in qua (inscio et invito legitimo paro-
o) deservitorem constituerat sacerdotem quemdam *juratorem*,
n moribus magis quam scientia commendabilem. Caeteri
idem juratores aiebant certum nunc esse, quod juramentum
ite praestari posset, siquidem episcopus Antverpiensis vica-
um generalem nominasset eum, quem *juratum* esse optime
verat; auctoritatem illius praesulis eo majorem esse dicti-
bant, quod Summo Pontifici assistens ejusdem sensa plane
gnosceret. Varia dicti instrumenti publici undique mitteban-
r exemplaria; eaque publicatione triumphum agebant *jura-
res*. Attamen in dioecesi Antverpiensi nullus propterea jura-
entum praestitit; jurantium enim artes notae erant, neque
ictis eorum fides adhibebatur.

Paulo post Antverpiam adferuntur literae ab ipsomet episcopo
enis in Hetruria die 16 aprilis 1798 scriptae, quibus Archipres-

Digitized by Google

byter Mechliniensis mendacii arguitur. « Quis credidisset ea (
» quit Nelisius), quae de archipresbytero Mechliniensi ne
» narrantur, umquam vera esse posse? Ego certe non. Caeter
» si quid vivae vocis oraculo huic viro dixi, si facultates aliq
» pro vicino villae suae tractu Duffelensi ei dare in animo
» bui, quod profecto jam animo meo excidit, quidquid id f
» rit, per praesentes rescindo. Ignatius [1] mihi a secretis s
» scribet. Itaque si meas forte non accipiat [2], viro notum fac
Hisce literis acceptis, secretarius Antonius Oomen ab are
presbytero Mechliniensi quaesivit, num episcopi literas ac
pisset? Qui dum negaret, per secretarium de facultatibus
ademptis admonitus est, et promisit se obtemperaturum. C
fectum hoc modo negotium in magnam verecundiam *jurato*
adduxit.

22 *ejusdem mensis*. In civitate Antverpiensi et locis vicin
publicatur decretum Directorii Parisiensis de servando no
Reipublicae calendario. Decreti istius, catholicis Belgarum an
mis exosi, observantiam urgebat magistratus, qui homines si
plices pro consuetudine sua merces exponentes *diebus decadal*
bus, poenis affligebat, alios vero vi compellebat ad laborandu
diebus dominicis et festivis Ecclesiae.

Mense maio. Suppresso seminario Antverpiensi, allaborarun
vicarii generales ad erigendam Bredae scholam theologicam,
quam provinciam demum ad optatum finem adduxit Adrianu
Oomen, pastor in Ghierle, S. T. L., qui in generali Artium pro-
motione an. 1780 Lovanii primus renunciatus fuit.

10 *junii*. Nova exarsit persecutio in presbyteros non jurato
Licet magistratus cum armato milite tales ubique conquireret,
nullus tamen juramentum praestitit. Omnes vero latebras quae-
rere debuerunt.

30 *ejusdem mensis*. Responsum Vicariorum generalium a

[1] *Perini*.
[2] Archipresbyter Mechliniensis.

Digitized by Google

ras Florentiae die 13 junii 1798 scriptas, quibus ab episcopo
nelio Francisco hortabantur ut erga juratos mansuete se gere-
t. Credebant illi episcopum suum de omnibus, quae Antver-
e evenerant, non esse sufficienter instructum. — *Acta episc.*
165. *Cfr. supra p.* 108.

9 *julii.* Quum plures sacerdotes ob suam in fide constantiam
ceri mancipati vel in exilium deportati forent, Vicarii generales
succurrendum eorum necessitatibus petierunt a Sede Aposto-
i facultatem, ut illi etiam extra extremam necessitatem con-
tres suos sacramentaliter absolvere possent, etc.; quam facul-
em aliasque concessit administrator nunciaturae Bruxellensis
mberlani, tunc Monasterii Westphalorum residens. — *Acta*
sc. fol. 167.

Mense augusto. Vicarii generales, qui ad vitandum vitae peri-
um latebras quaerere debuere, et quorum unus J. F. Lippens
a functus erat, collegio suo aggregarunt Ignatium Van Gils,
itorem Bredae, qui in illa regione tutus odiosa magis Gallis,
i opus esset, mandata signaret. Bredae etiam tunc temporis
ebat secretarius Oomen, qui ob debilitatam assiduo labore
letudinem e latibulo suo Antverpiensi se proripuit.

15 *septembris.* Saeviente quam maxime Gallorum in clerum
rsecutione, adlatae Antverpiam literae de morte episcopi. *Vide*
pra, p. 111.

20 *ejusdem mensis.* Simul atque tristissimum de morte epis-
pi nuncium acceperant canonici Antverpienses, ad canonicam
ivi vicariatus electionem processerunt juxta indultum pontifi-
um de die 28 junii 1798 (de quo vide supra p. 110). Nomina-
nt itaque Vicarios generales (non tamen capitulares quia capi-
lum dissipatum erat) *Josephum Franciscum Engelbertum*
Verbrouck, decanum, *Joannem Henricum Van Bloer*, archipres-
yterum, *Petrum Simons Van Eupen*, poenitentiarium, *Jose-*
hum Forgeur, Joannem Antonium Seerwart plebanum, *Guiliel-*
um Joannem Baptistam Van Bombergen, plebanum partis
ptentrionalis, *Hermannum Josephum Rosa*, omnes ecclesiae

Digitized by Google

cathedralis canonicos; item *Ignatium Van Gils*, pastorem Br
danum, et *Adrianum Oomen*, pastorem in Ghierle tunc Bred
residentem. Pro secretario autem assumptus est *Antonius Oome*
episcopo dum viveret a secretis.

Mense octobri. In civitate Antverpiensi publicata lex d
13 *fructidor*, circa celebrationem decendii vulgo *décadi*. Res
lutio vicariatus quoad istam legem. — *Acta episc. fol.* 175.

15 *ejusdem mensis*. Internuncius Ciamberlani novo vicariat
communicat facultates extraordinarias. — *Ibid. fol. v.* 17

Mense novembri. Persecutio in clerum rursus acerbius saevi
plurimis sacerdotibus carceri inclusis vel in exilium eductis.

1799 *dei* 20 *februarii*. Magis magisque saeviente persecu
tione, timebant vicarii generales, ne pastores nonnulli met
perterriti, relictis ovibus, aufugerent. Huic malo occurrere vo
lentes, ediderunt resolutionem de residendi obligatione tempor
persecutionis. — *Acta episc. fol.* 181.

21 *ejusdem mensis*. Catholici partis Batavae dioeceseos Ant
verpiensis bona mensae episcopalis in hac republica sitae tam
quam ipsis competentia vindicant. — *Ibid. fol. v.* 182.

14 *maii*. A vicariatu praescribuntur regulae juxta quas re
tractantes famosum illud juramentum *odii*, Deo et superioribu
reconciliari debent. *Ibid. fol.* 191.

Exeunte eodem mense. Ecclesiae quaedam diruuntur, aliae spo
liantur, quas inter ecclesia cathedralis B. Mariae Virginis, e qua
dominatores Galli eorumque asseclae pretiosa quaeque ausu sa
crilego asportarunt, templum illud augustissimum in lupana
convertentes. Eadem sors manebat alias ecclesias, ubi divinum
officium non agebatur a presbyteris juratis. Plures itaque ci
vium, praesertim ruri, oblato pretio ecclesias emerunt, ne a
sacrilegis diruerentur.

15 *julii*. A vicariatu indicuntur preces publicae pro Summo
Pontifice, quem impii captivum in Galliam abducebant.

20 *octobris*. Instituuntur preces pro defuncto Pontifice et pro
electione novi Pontificis.

Digitized by Google

10 *novembris*. Nova formula juramenti, a gnbernio Consulum ipublicae Gallicanae praescripta, improbatur a vicariatu. — *ta episc. fol.* 195 et 207.

1800 *die* 19 *februarii*. Publica rerum omnium eversio non ıdicam morum corruptelam induxerat, quam lascivus mu-rum ornatus aliique abusus promovebant. Vicariatus, huic ılo occurrere cupiens, edidit instructionem seu monitorium confessarios. — *Ibid. fol.* 210.

Hoc loco notari potest publica instrumenta, a vicariatu edita, nc in fronte gerere inscriptionem: *Vicarii generales dioecesis ıtverpiensis sede vacante nec non Buscoducensis in partibus ca-ılicis, omnibus presbyteris nobiscum communionem habentibus lutem in Domino.* Damnato enim a Sede apostolica juramento ii, ab illa communione quodam modo segregati habebantur esbyteri jurati.

22 *martii*. Dubia a vicariis generalibus Internuncio aposto-ıo proposita quoad difficultates occasione executionis dispen-ıtionum in impedimento primi affinitatis gradus aequalis oc-ırrentes; ad quae dubia idem Internuncius ex Monasterio lestphalorum responsum dedit die 12 aprilis. — *Ex tran-ımpto authentico.*

20 *aprilis*. Indicuntur preces in gratiarum actionem pro novo ecto pontifice Pio PP. VII. — *Ibid. fol. v.* 213.

1801 *die* 16 *octobris*. Quum in dies magis magisque mitesceret ersecutio, nec sacerdotes amplius in latebris delitescere ac in nebris alieno habitu vagari cogerentur, vicarii generales qui ıctenus rarius congregabantur, ac plerumque scripto consilia ıa invicem sibi communicabant, statuerunt singulis septima-is habere unam saltem congregationem vicariorum Antverpiae ommorantium, cui interesset novus vicariatus secretarius, ranciscus Josephus de Gruytters, qui ultimum *Registrum Ac-ırum*, a mense augusto 1800 usque ad episcopatus suppressio-em, conscripsit.

23 *ejusdem mensis*. Praevio pacis pacto Gallos inter et Anglos

Digitized by Google

facto, ordinatur a vicariatu, ut loco collectae de bello in missa addatur collecta pro pace.

21 *novembris*. Ysselstadii pro fide exul obiit vicarius generalis J. F. E. Werbronck. Cfr. *Oratio de Laudibus quibus veteres Lovaniensium Theologi efferri possunt*, p. 159.

2 *decembris*. Missae ad vicarios generales Antverpienses a cardinali Caprara, SS. D. Pii PP. VII legati a latere, literae quibus ad instaurandam in regionibus nostris animorum concordiam, ad ecclesiae bonum et reipublicae utilitatem necessariam, praescribitur modus imponendi finem dissentionibus quae propter notissimum juramentum odii in regiam potestatem in Belgio ad hunc ferme diem exarserunt. — *Acta episc. fol.* 30. Cfr. *Synodici Belg.* t. II, p. 547, not. 1.

19 *ejusdem mensis*. In responso ad has literas exponunt vicarii generales (J. H. Van Bloer, J. A. Seerwart, G. J. B. Van Bombergen et J. Forgeur), quod nec episcopi Belgii nec vicariatus Antverpiensis umquam traduxerint juratos tamquam haereticos, schismaticos et excommunicatos, et petunt ut auctoritate Legati praescribatur formula, quam jurati omnes subsignare deberent. — *Acta episc. fol. v.* 31.

21 *ejusdem mensis*. Literae de die 9 novembris Antverpiam perlatae, quibus Nuncius apostolicus Coloniensis, archepiscopus Tyri, indicat decano et canonicis Antverpiensibus procedendum esse ad suppressionem capituli et vacantis sedis episcopalis Antverpiensis. — *Ibid. fol.* 36.

Hasce literas archidiaconus de Vries communicavit vicariatui, qui censuit illico assentiendum esse voto Summi Pontificis in dictis literis expresso, et proinde intra decem praescriptos dies dandum esse absolute et libere capituli consensum iis omnibus, quae Sanctitas sua de ecclesia cathedrali Antverpiensi statuet. Postridie vicariorum sententia communicata fuit praedicto archidiacono de Vries, qui praesentes in civitate canonicos convocavit. Habita congregatione capitulari die 11 ejusdem mensis, omnes praesentes canonici judicarunt expedire ut con-

Digitized by Google

nsus detur, praevie tamen scribendum esse ad absentes, eos-
ıe convocandos ad proximam congregationem die 17 ejusdem
ensis habendam. In altera hac congregatione ab omnibus vel
ripto vel viva voce datus est consensus; statutum etiam ut in
eris, ab omnibus subsignandis, Summo Pontifici exhiberetur
ensam episcopalem et capitulum aere alieno gravatum esse,
adeo sua Sanctitas dignaretur in concordato cum gubernio
illicano rationem habere creditorum. Exstant literae in *Registr.*
ct. episc. fol. v. 38.

Caeterum, ut constat ex literis Raphaëlis Masii, secretarii
rdinalis Caprarae, scriptis Lutetiae Parisiorum 29 novembris
801 ad vicarium generalem Mechliniensem de Lantsheere, ea
at mens Summi Pontificis ut omnes episcopi, adeoque vicarii
enerales sede vacante, qui ecclesiis suis renunciaverant vel
ıoad earum extinctionem consensum dederant, illas dioeceses
ubernarent donec alter episcopus canonice institutus esset.
on itaque statim desiit potestas vicariorum generalium Ant-
erpiensium.

1802 *die 7 januarii.* Literae vicariatus ad cardinalem Caprara,
ı quibus exponuntur excessus juratorum, petiturque remedium
ıo contempta episcoporum et vicariatuum auctoritas resti-
ıatur. *Acta episc. fol.* 40. — Alii etiam vicariatus Belgii apud
minentissimum Legatum insistebant, ut malis occasione epis-
ılae de die 2 decembris (*Vid. supra*, p. 28) exortis mederi
ignaretur.

5 *martii.* Vicarii generales Bredae residentes, Ignatius Van
ils et Adrianus Oomen, libellum supplicem obtulerunt Summo
ontifici, ut separatum vel episcopum vel vicarium apostolicum
aberent pro parte Batava dioeceseos Antverpiensis. — *Acta*
visc. fol. v. 54.

12 *ejusdem mensis.* Vicarii Antverpienses contra suggestam a
icariis Bredanis separationem partis Batavae a reliqua dioecesi
ıemoriale Romam mittunt. — *Ibid. fol.* 58.

2 *aprilis.* Ordinatio vicariatus Antverpiensis super executione

Digitized by Google

decreti apostolici de juramento odii in regiam potestatem. — *Edit. fol.* 8 *in*-4°.

12 *ejusdem mensis*. Antverpiae publicatur concordatum, et celebratur publice primum sacrum a sacerdote non jurato.

16 *maii*. Reconciliatur ecclesia cathedralis B. Mariae Virginis, et in ea cum magno populi concursu divinum officium peragitur.

30 *ejusdem mensis*. Literae vicariatus ad cardinalem Caprara, quibus exponitur negotii juratorum exitus. — *Acta episc. fol.* 68.

18 *junii*. Antverpiam adferuntur literae S. Congregationis de Propaganda Fide, scriptae Romae die 8 maii ad vicarios Antverpiae commorantes, de constituendo in parte Batava vicario apostolico. — *Ibid. fol. v.* 70.

De eodem negotio ab eadem Congregatione Romae die 1 maii literae scriptae fuerant ad vicarios Bredanos. — *Ibid. fol.* 71.

4 *julii*. Per concordatum inter sedem apostolicam et gubernium Gallicanum initum die 15 julii 1801 sancitum erat novam faciendam esse dioecesium circumscriptionem. Ad eam peragendam Summus Pontifex Pius VII, per apostolicas literas *Qui Christi Domini*, suppressit, annullavit et perpetuo extinxit titulum et denominationem ecclesiarum archiepiscopalium et episcopalium totius Galliae et regionum huic reipublicae unitarum, una cum earum capitulis, juribus, privilegiis et praerogativis cujuscumque generis; erexit deinde ac de novo constituit decem ecclesias metropolitanas ac quinquaginta ecclesias episcopales, cardinali Caprarae onus imponens novos fines singularum illarum ecclesiarum decernendi. Novo hoc rerum ordine metropolitana Mechliniensis circumscripta fuit limitibus illorum districtuum qui a fluminibus Nethae et Dylae (*départements des Deux-Nèthes et de la Dyle*) nomen tunc obtinebant. In hac circumscriptione ipsa civitas et maxima pars extinctae dioeceseos Antverpiensis continebantur.

Ad novum archiepiscopatum promotus est Joannes Armandus de Roquelaure, olim episcopus Sylvanectensis, qui sedis Mechli-

Digitized by Google

niensis possessionem adiit die 4 julii 1802. Huic solemnitati aderant tres e vicariis generalibus Antverpiensibus, ipsisque ita sufficienter intimatum fuit vicariatus Antverpiensis jurisdictionem et facultates cessare in tota dioeceseos parte quae reipublicae Gallicanae suberat.

Summus Pontifex reservaverat sibi curam prospiciendi iis partibus antiquarum dioecesium quae in aliorum principum ditione constitutae erant. Pars vero septentrionalis dioeceseos Antverpiensis reipublicae Batavae suberat, eaque constabat ex marchionatu Bergizomensi et baronatu Bredano, quae regiones decanatus Bergizomensem et Bredanum efficiebant. Insignem illam veteris Brabantiae portionem, quum jam nullius esset dioeceseos, et ne legitimo destitueretur pastore, Pius PP. VII in vicariatum apostolicum erexit literis suis de die 22 martii 1803. Nuperrimis vero literis apostolicis de die 4 martii 1853, SS. D. N. Pius PP. IX, quem Deus Ecclesiae suae quam diutissime servet incolumem, hierarchiam episcopalem in Hollandia restituit, et ecclesiam episcopalem Bredanam, metropolitanae Ultrajectensis suffraganeam, creavit [1].

Veteris itaque extinctae Antverpiensis ecclesiae territorium hodiedum partim ad Mechliniensem partimque ad Bredanam ecclesias adnexum exstat.

[1] Vid. *Acta Pii IX Pontificis Maximi, pars prima, p.* 416, *Romae* 1854 *in*-8°.

Digitized by Google

Digitized by Google

SECTIO QUARTA.

DIOECESEOS DESCRIPTIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIOECESEOS DESCRIPTIO.

CAPUT I.

DE ECCLESIA CATHEDRALI.

§. I.

Capitulum cathedrale B. M. V.

Antverpia seu Andoverpum, urbs urbium a Lipsio nuncupata, emporium toto orbe celeberrimum, opulentissima veteris ducatus Brabantini civitas, cujus cum suo tractu quartam partem constituebat, marchionatus sacri Romani Imperii dum exstitit quondam metropolis, imperialis et libera. Posita est in veteri pago Ryenensi, *het land van Ryen* dicto, ad dexteram Schaldis ripam, quo aestus maritimi pertingere consueverunt: quadraginta quippe duobus passuum millibus seu decem et octo leucis ab Oceano sejungitur.

Urbi nomen fecisse Antigonum quemdam tyrannum vulgi fama est; qui, ad Schaldim assidens, a transfretantibus vectigal exigeret, nolentesque solvere dextra mutilaret, quam subinde in profluentem projiceret, unde (inquiunt) Antverpiae scutum

Digitized by Google

manuum et arcis insignia praefert; verum anilem illud fabulam sapit.

Primus Andoverpiensium meminit septimo saeculo beatus Audoënus Rothomag. in lib. 2 de vita Beati Eligii Noviomagensis ac Tornacensis episcopi, cap. 8. Nordmannos *Antwerpam* civitatem incendisse memorant annales Fuldenses an. 836. Lambertus Schafnaburgensis in lib. de gestis Germanorum ad an. 1081, *civitatis Antwerfae et Marchiae Antwerfae* meminit, Sigebertus ferme coaevus in chronico *Andoverpum* oppidum appellat, Robertus vero de Monte *Castrum Antverpiense*. Porro in literis Hildolfi praepositi Sancti Michaëlis in Antverpia, anno 1124 datis, mentio fit aurei nummi Antverpiensis monetae et ponderis, quod argumento est tunc ibi monetam fuisse percussam. Crevit autem haec urbs successu temporis tanta inhabitantium multitudine undequaque affluente, maxime ob amoenum loci situm, gerendisque commerciis opportunum, ut aliquando, praesertim an. 1550 numerata fuerint civium et aliunde accedentium capita supra ducenta millia, unde non mirum si urbis pomoeria usque tertio dilatanda fuerint, annis videlicet 1201, *al.* 1207 sub Henrico primo Brabantiae duce, 1413 sub Johanne tertio, et an. 1543 regnante Carolo V caesare.

Urbis moenia nullis ferme tota Europa comparanda. Civitatis partem tutatur latissimum flumen; et ne quid ejus munitioni deesset, castrum insigne seu arx excitata est cum sua planitie an. 1567 jussu Ferdinandi ducis Albani, Belgii gubernatoris, et Paciotti Urbinatis celebris architecti opera, quae vix decem annis steterat, quum pars maxima solo dejecta, paulo post amplior iterum surrexit atque munitior.

Inter aedificia publica eminet curia seu senatoria domus opere quadrato ac pereleganti renovata anno 1560, quam infelici casu haud multo post exustam splendidiori schemate restituit senatus, et annis 1713 et 1714, quo pulchrior esset ejusdem domus prospectus, forum anterius seu plateam laxiorem reddidit. Bursa, quo mercatores conveniunt, elegans per omnia opus est, quadra-

Digitized by Google

inta tribus e Pario marmore substructum columnis : sequitur osterlingana domus seu Hansae Teutonicae, insigne elegantiae t opulentiae monumentum.

Caetera civitatis ornamenta ejusque diversis temporibus fata ongum esset percurrere, de quibus nihil est quod dicamus post udovicum Guicciardinum in descriptione Belgii, Georgium runum, t. I civitatum orbis, Carolum Scribanium Bruxellenem, qui de Antverpia librum integrum scripsit, Franciscum wertium in monumentis Brabantiae, Laurentium Beyerlinck in ita trium apostolorum Antverpiensium, Petrum Divaeum rerum rabantinarum lib. I, cap. 7, Joh. Bapt. Grammaium, et alios ene multos veteres ac recentiores.

Primus Antverpiensibus Evangelium praedicasse fertur beatus mandus, dum adhuc episcopus regionarius, nullique sedi pecuiariter addictus esset; quo temporis spatio, nempe inter an. 626 t 647 vel 648, quo Trajectensis ad Mosam episcopus evasit, prinum apud Tornacenses et Gandenses, postea apud Brabantinos initimosque populos verbum Domini disseminavit, consecrata tiam apud Antverpienses in honorem SS. apost. Petri et Pauli ecclesia. Inde S. Eligius Tornacensis ac Noviomagensis antistes idem, quam Amandus plantaverat, rigavit, et usque ad maris ittora infatigabili zelo extendit, uti narrat B. Audoënus in vita ejusdem S. Eligii : *Flandrenses*, inquit, *atque Andoverpenses, Frisiones et Suevi, et Barbari quique circa maris littora degentes, quos velut in extremis positos nullus adhuc praedicationis vomer impresserat, primo eum* (Eligium) *hostili animo et aversa mente susceperunt*. Et iterum, *multum praeterea in Flandris laboravit: fugi instantia Andoverpis pugnavit* [1].

Tum beatus Willibrordus Trajectensis ad Rhenum episcopus fidem ab illis plantatam atque rigatam, Deo incrementum dante, sic feliciter propagavit, ut merito inter apostolos Antverpienses annumeretur, cui etiam Rohingus quidam vir nobilis et potens,

[1] Lib. II, cap. 8.

Digitized by Google

simul cum Bebelina conjuge sua donavit anno circiter 73 ecclesiam castri Antverpiensis ab ipso Amando constructam, et tertiam partem telonei super fluvium Schaldim commercii famosum, uti videre est in diplomatibus a Miraeo relatis [1].

Floruit ea in urbe postmodum religio, ad initium usque seculi XII, quo Tanchelmus quidam seu Tanchellinus haereticus per universam civitatem haereseos suae virus sparsit; unico quippe tunc temporis parocho eique viro ignominia notato cum totius populi christiani per civitatem demandata erat, quo facilius fuit Tanchellino fideles dementare et in errorem pellicere. Virus ab ipso disseminatum exstingui nullo modo potuit, nullusque erat in urbe qui tam grandi malo in dies serpenti opportunus occurreret; accersitus itaque consilio Burchardi Cameracensis episcopi Norbertus vir sanctissimus, qui, cum sociis Antverpiam veniens, haeresim verbo et exemplo feliciter expugnavit, collabantem fidem restituit, et fideles ab erroribus ad saniorem mentem revocavit, relictis ibidem civium rogatu aliquot ex sociis suis, qui emendatum populum in fidei puritate retinerent, et haeresi, si forte repullularet, obsisterent. Quibus et canonici Antverpienses tanti beneficii memores, in gratitudinis suae monumentum, ecclesiam suam S. Michaelis cesserunt anno 1124 cum proventibus quatuor praebendarum, multisque aliis donariis et praediis, quae ipsorum sustentationi inservirent, et inde ad B. Mariae templum migrarunt : haec quidem initia fuere tum ecclesiae cathedralis, tum florentissimae apud Antverpienses abbatiae sancti Michaëlis, ut infra latius dicetur.

Anno 1559 Antverpia episcopali sede ornata fuit (petente Philippo II Hispaniarum rege ac Belgii principe) ecclesiae Cameracensi, cui hactenus paruerat, subtracta, et novae metropoli Mechliniensi subdita, extincto quoque in eadem ecclesia Cameracensi archidiaconatu Antverpiensi, cujus jurisdictio per civitatem Antverpiam et magnam hujus novae dioeceseos partem

[1] Cod. donat. piarum, capp. 6 et 7.

Digitized by Google

otendebatur. Porro episcopatui Antverpiensi attributum fuit rritorium septem oppidorum cum pagis interjacentibus, lontudinis quinquaginta sex, latitudinis vero triginta millium ssuum Italicorum. Oppida sunt Antverpia, Lyra, Breda, Berzoma, Turnhautum, Herendalium, Hooghstrata : varia item amerantur municipia, et 150 circiter pagi in sex decanatus visi, nimirum Antverpiensem, Lyranum, Herendalensem, ooghstratanum, Bergizomensem et Bredanum [1].

Episcopatui unita fuit in dotem abbatia sancti Bernardi ad chaldim, quae postmodum sub Gaspare Nemio Antverpiensi piscopo, transactione monachos inter et antistitem facta, ab o disjuncta fuit, et abbas regularis eidem e gremio restitutus n. 1636, bonorum medietate episcopatui transcripta. In supplesentum quoque dotis episcopi assignata fuit summa mille ducaorum auri de Camera, ex S. Michaelis Antverpiensis ac Villaiensis abbatiarum proventibus desumenda, sed ab hoc onere ese postea, conventione cum episcopo facta, exemerunt abbaiae memoratae [2].

Ecclesia cathedralis B. V. M. sacra, cum praestantissimis Belgii templis pulchritudine et elegantia certans, turrim habet xcelsissimam, sumtu publico anno 1422 aedificari coeptam, et nno demum 1518 perfectam; horologium summa arte elaboratum, cujus praeambulum horarium musico campanarum circiter sexaginta concentu horam praevertit. Summa est hujus ecclesiae magnificentia, summa venustas, cujus arae omnes et sacella picturis exquisitioribus, sectoque marmore aut jaspide decorantur. Anno 1533 templum hoc (turri et choro exceptis) fortuito igne deflagravit, sed paulo post in melius restitutum; rursus anno 1566 ab Iconoclastis immaniter foedatum, qui hic et per omnia urbis templa triduo debacchati sacra omnia vastarunt, contaminarunt aut in frusta comminuerunt.

Capitulum cathedrale constabat decano et viginti quatuor

[1] Vide supra, pp. 25 et seqq.
[2] Vide supra, p. 62 et 63.

Digitized by Google

canonicis primariae fundationis, ex quibus novem graduati, iiq ad electionem capituli assumendi, nimirum tres nobiles, tr theologiae doctores vel licentiati, et tres in jure iisdem gradib insigniti in famosa quapiam universitate. Primas obtinebat d canus, quem sequebatur archidiaconus, tum archipresbyte cantor et poenitentiarius, totidem dignitates, habentes singu praebendam sibi annexam, uti et canonicus theologalis, cuj tamen officium inter dignitates non recensebatur.

Erant insuper octo canonici fundationis secundariae, qui *paru* appellabantur, majori capitulo haud aggregati, quanquam iisdem vestibus in choro cum caeteris majoribus canonicis utebantur. Iis incumbebant ex vi institutionis officia chori, caeremoniarius etiam et magister fabricae ex eorum gremio assumebantur : ultra hos omnes, erant quamplurimi sacellani, decem etiam vicarii musices periti, sexque pueri chorales, ita ut numerus beneficio in hac ecclesia praeditorum, qui quotidie choro intererant, ad septuaginta circiter ascenderet.

Porro ex viginti quatuor majoribus praebendis, una episcopatui annexa erat, duae item decanatui, simul cum honesta habitatione, altera in duas partes secta pro duobus plebanis, quibus animarum cura incumbebat et qui hoc titulo majoribus canonicis accensebantur, uterque habebat regionem in urbe sibi assignatam et vicepastorem. Insuper seniores octodecim canonici aedes sibi proprias inhabitabant, et quantum ad ulteriores proventus, archidiaconus gaudebat pastoratu de Ballaer seu *Balder* cum fructibus ei unitis, archipresbyter unitum habebat personatum de Heyst-op-den-Bergh, cum proventibus annexis, cantor recipiebat fructus sacellaniae ad altare SS. Trinitatis in ecclesia cathedrali, poenitentiarius vero potiebatur personatu de Wommelgem et fructibus annexis.

Decanus ab erecta sede episcopali regiae collationi subjiciebatur. Canonicatus, extra numerum graduatorum conferebat Romanus Pontifex per octo anni menses, reliquos autem quatuor, canonici per vices hebdomadarias, sicut et quamplura minora

Digitized by Google

ıeficia. Universitas etiam Lovaniensis habebat tempore viginti ıorum, et facultas Artium singulis decenniis, jus nominanis ad primo vacaturas hujus ecclesiae praebendas, quae nec ıduatis addictae, nec dignitates erant, idque vi privilegiorum ›stolicorum.

Capituli sigillo impressa erat B. M. V. imago.

§. II.

Praepositi.

Ecclesia B. Mariae Virginis ortum ducit ab humili sacello, ıze *Lieve Vrouwe op 't Stokxken* nuncupato, in quo imago Deirae multis nobilitata miraculis colebatur. Imago illa ex Nordannorum depopulatione in suburbio Castri Antverpiensis, per s devastati, inter arbores reperta seu trunco adfixa, nomen de *op 't stokxken*, seu ad stipitem, acceperat.

Ad hoc sacellum migraverunt canonici, quum (ut supra dić-ım est) anno 1124 ecclesiam suam S. Michaëlis B. Norberto ›ncesserunt, quam quidem ecclesiam, ut communis habet opi-io, Godefridus Bullonius, marchio Antverpiensis, anno 1096 ·o canonicorum collegio instituerat et dotaverat, ut expeditio-em suam in Terram Sanctam Deo et S. Michaëli coelestis mili-ae principi commendaret. Godefridum autem *decimam duorum ıanipulorum, quam ab imperatore libere in feudo tenuit, eccle-ae B. Michaelis, ad usus canonicorum inibi servientium, con-ıdisse*, constat ex diplomate Godefridi Barbati, anni 1124 seu otius anni 1120 [1].

B. Mariae Virginis aedem, duodecim canonicorum accessione t aedificiis ornatam et in ecclesiam collegiatam erectam, anno 124 consecravit Burchardus, episcopus Cameracensis.

[1] Vid. Miraei Op. dipl. t. I, p. 87, et Diercxsens, t. I, p. 113-117.

Digitized by Google

Variis donationibus aucta ecclesiae dote, accrevit etiam canonicorum numerus. His ab initio praefuit qui Praepositi et nomen et officium gerebat, et absente episcopo clericorum collegii invigilabat. Pauci noti sunt, qui Antverpiae illam dignitatem gesserunt.

I. *Hilduinus*, anno 1119 ab imperatore Henrico V, petente Godefrido Barbato, accepit decimas Sandtflitanas, ita ut quartam partem sibi tamquam praeposito retineret, reliquas vero in usum canonicorum conservaret [1].

II. *Hildolphus*, quem alii ab Hilduino seu Hildewino non distinguunt, S. Norbertum Antverpiam accersiri curavit, eique annuente Cameracensi episcopo ecclesiam S. Michaelis cessit. Primus ille in ecclesia B. Mariae Virginis resedit.

III. *Reynerus* erat praepositus ann. 1148 et 1155. Cfr. Diercxsens, *tom. I, p.* 169 *et* 172.

IV. *Robertus* vixit circa ann. 1201, quo probavit fundationem praebendae factam a divite matrona nomine Jotha. Vid. *ibid. p.* 181.

V. *Wilhelmus* qui ann. 1220 cum fratre Symone contulit bona de *Craile* ad usum sacerdotis in ecclesia B. M. V. *Ibid. p.* 190.

VI. *Johannes de Craeyhem*, ab ann. 1224 ad ann. 1240, quo, edito diplomate, canonicorum numerum auxit. *Ibid. p.* 253.

VII. *Gobertus* vel *Godefridus de Perweys*, filius Guilielmi de Lovanio, cujus pater erat Godefridus III, dux Lotharingiae et comes Lovaniensis. Erat etiam praepositus S. Gertrudis Nivellae.

Eo vivente, circa ann. 1256, ecclesia Antverpiensis plurimum collapsa erat tam in temporalibus quam in spiritualibus. Quod quidem malum tribuendum erat absentiae et defectui eorum qui caeteris invigilare debebant et cleri curam gerere, quod praepositorum erat. Canonici itaque anno 1257 condiderunt decretum quo, extincta praepositura post decessum aut cessionem actualis

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 83.

Digitized by Google

ai praepositi, instituerunt decanum, primaria capituli dignitate insignitum, qui curam animarum haberet tam canonicorum quam inferioris ecclesiae cleri. Ad hoc decretum ipsemet Goberus consensum suum in scriptis contulit, illudque Alexander IV ann. 1261, et Urbanus IV ann. 1262 pontificia auctoritate confirmaverunt. Cfr. Miraeus, *tom. II, p.* 1003, et Diercxsens, *tom. I, p.* 282.

§. III.

Decani.

I. *Henricus Nose*, canonicus Antverpiensis, frater Guilielmi Nose scabini ejusdem civitatis, post extinctam praeposituram primus electus est decanus ann. 1273. Cfr. Diercxsens, *tom. I*, p. 304.

II. *Ægidius de Winighem* vel *Wyneghem*, circa an. 1281.

III. *Hugo Knocke*, circa an. 1293.

IV. *Joannes de Bruxella*, canonicus Cameracensis, circa an. 1317.

V. *Nicolaus a Castro*, an. 1346.

VI. *Theodoricus Loose.*

VII. *Arnoldus Gourle*, circa an. 1369.

VIII. *Joannes Volckaert*, testamentum condidit an. 1377.

IX. *Joannes de Ponte.*

X. *Anselmus Fabri de Breda*, archidiaconus Hannoniae in cathedrali Leodiensi, Romam evocatus, ibi egit in aula pontificia, Eugenii IV referendarius, notarius pontificius et literarum apostolicarum corrector. In reditu versus Belgium Florentiae in morbum incidens, an. 1449 die 1 augusti testamentum condidit [1], quo Bredae fundavit gerontocomium, et sepeliri voluit in ecclesia Antverpiensi ad altare sacri Praeputii, pro quo jam

[1] Vide Van Goor, *Beschryving der stad en lande van Breda*, p. 533.

Digitized by Google

antea capellaniam dotaverat et privilegia quaedam a Romano Pontifice impetraverat. Mortui corpus e Florentia Antverpiam delatum est.

XI. *Faustinus de Valle.*

XII. *Henricus de Zoemeren*, ex ejus nominis vico in majoratu Buscoducensi, doctor theologus Parisiensis, anno 1462 Lovanii theologiae professor, et canonicus Buscoducensis. An. 1472 ab universitate Lovaniensi Romam missus, in reditu obiit eodem anno die 14 augusti.

XIII. *Joannes de Monte-mirabili*, Calvomontanus, e dioecesi Lingonensi, Sixti IV familiaris et referendarius, a quo pontifice decanatum accepit, quem post tres annos dimisit, ac creatus est episcopus Vasionensis. Obiit an. 1479.

XIV. *Petrus de Mojo*, possessionem cepit 24 aprilis 1475.

XV. *Franciscus Busleyden*, J. U. D. frater fundatoris collegii Trilinguis Lovanii, possessionem cepit 1 octobris 1498. Fuit praepositus cathedralis Leodiensis et S. Donatiani Brugis, canonicus Cameracensis, Bruxellensis et Anderlechtensis, ac demum archiepiscopus Bisuntinus. Obiit 22 aug. 1502.

XVI. *Gismundus Hofweger*, installatus 19 nov. 1502.

XVII. *Adrianus Sandelicus*, installatus 7 octobris 1507. Illo vita functo 18 nov. 1512, canonici elegerunt Adrianum Florentii de Trajecto, qui an. 1522 pontifex creatus Adrianus VI dictus est. Interim Jacobus de Bannissiis, secretarius imperatoris Maximiliani Romae impetraverat provisionem ejusdem decanatus, et pro parte ipsius an. 1513 mense aprili petita fuit possessio, ad quam admissus est salvo jure cujuslibet. Mota desuper lis duravit per tres annos, terminata tandem in ipsius favorem, quod capitulo intimatum fuit mense julio 1516. Vero simile est Adrianum juri suo cessisse eodem illo anno, quo in Hispaniam prorex profectus est.

XVIII. *Jacobus de Bannissiis*, pacificam decanatus possessionem nactus an. 1516.

XIX. *Joannes Naturelli*, 28 februarii 1530 installatus.

Digitized by Google

XX. *Joannes Rogerius de Tassis*, natus Mechliniae an. 1513, J. U. D., protonotarius apostolicus et praepositus ecclesiae D. Petri Lovanii, eoque titulo universitatis cancellarius, decanatus Antverpiensis possessionem adiit 6 martii 1545, in qua dignitate post episcopatus erectionem literis regiis confirmatus est, ita ut primus cathedralis ecclesiae decanus habendus sit.

Anno 1577 cum Joanne Austriaco Luxemburgum profectus est, et ab eo Romam missus, ut Summum Pontificem de omnibus quae in Belgio acciderant, eorumque causis, ac de statu in quo res essent, edoceret, prout memoriae prodidit ipsius Rogerii frater Joannes Baptista de Tassis in suis commentariis de tumultibus Belgicis [1]. Dura deinde a Calvinianis sustinuit, praesertim an. 1579, quando sede vacante vicarius generalis, per sedecim dies in navibus primum captivus detentus, lata sententia cum caeteris ecclesiasticis e civitate exulare debuit. Exilii tempore Lovanii resedit usque ad reductam civitatem an. 1585. Obiit Antverpiae 14 martii 1593.

Triennio ante obitum decanatum resignaverat, forte ob motam inter Laevinum Torrentium et capitulum controversiam, de qua supra p. 35 et 37 sermo est. Quidquid id est, satis tamen constat Rogerium de Tassis plurimum molestiarum attulisse Laevino Torrentio qui in epistolis ad amicum suum Ariam Montanum, nuper a me editis, hac de re conqueritur, ait enim in literis de die 25 januarii 1590 : « Tot et tanta in hac functione » (*episcopali*) patior incommoda, unde me extricare non pos» sum; sed nihil aeque molestum est quam quod, quum caeteris » satisfaciam omnibus, decano hujus ecclesiae cum paucis aliis » ejus asseclis placere nullo modo possum. Sed nosti hominem, » nec sua tamen pervicacia me vincet [2]. »

XXI. *Carolus Masius*, Bruxellensis, Rogerii de Tassis ex

[1] Apud Hoynck Van Papendrecht, *Analect. Belg. tom. II, p. II,* p. 283.

[2] *Bulletin de la Commission royale d'histoire*, 2me *série, tom. VII,* p. 262.

Digitized by Google

sorore nepos, eidem successit 18 maii 1590, postea ad Iprensem ac demum ad Gandavensem cathedram promotus.

XXII. *Joannes Delrio*, Brugensis, J. U. L., ex officiali et archidiacono ad decanatum promotus an. 1607. Obiit 5 januarii 1624, aetatis an. 68.

XXIII. *Aubertus Miraeus*, episcopi Joannis Miraei e fratre nepos, S. T. L., an. 1624 decanatum accepit. De viro illo scriptis celeberrimo vide *Bibl. Belg. tom. I, p.* 180, et Paquot, *Mém. tom. I, p.* 140.

XXIV. *Franciscus Dingens*, Coloniensis, J. U. D., ex canonico et thesaurario nominatus decanus an. 1641, obiit an. 1657.

XXV. *Henricus Teller*, J. U. L., Gubernatoribus Belgii a sacris Oratorii, caeremoniarumque capellae regiae magister, S. Pharaildis Gandavi et S. Gudulae Bruxellis canonicus, decanatus possessionem adiit 7 novembris 1658. Pro rege catholico legatione functus est ad reges Poloniae et Angliae. Obiit 4 novembris 1662.

XXVI. *Henricus Van Halmale*, ex nobili apud Antverpienses stirpe natus, S. T. L., ex canonico et officiali decanus an. 1650, ad episcopatum Iprensem promotus est an. 1672.

XXVII. *Franciscus Ortiz de Ybarra*, Lyranus, S. T. doctor romanus, canonicus S. Gummari Lyrae et S. Gudulae Bruxellis ac capellanus sacelli regii, decanatus possessionem cepit 21 octobris 1672. Obiit 15 aprilis 1705.

XXVIII. *Carolus Franciscus Taye de Wemmel*, antea decanus ecclesiarum S. Petri in Anderlecht et B. Mariae Teneramundae, installatus est die 8 junii 1705. Obiit an. 1713.

XXIX. *Andreas Del Marmol*, J. U. L., eques ordinis S. Jacobi, nosocomii regii Mechliniae administrator, ex canonico metropolitanae Mechliniensis decanus Antv. designatus an. 1713, resignavit an. 1731. Obiit 7 aprilis 1742.

XXX. *Balthasar de Neuff*, Antverpiensis, J. U. L., toparcha in Hoogelande, eleemosynarius et scabinus Antverpiensis, mortua conjuge statum ecclesiasticum amplexus est. Ex canonico

Digitized by Google

graduato decanus nominatus, possessionem adiit 16 junii 1731. Obiit 20 decembris 1740.

XXXI. *Guilielmus Laurentius Engelgrave,* Antverpiensis, J. U. et S. T. L., praeses seminarii et canonicus graduatus, ex poenitentiario decanus nominatus, ante installationem obiit 21 aprilis 1741.

XXXII. *Philippus Josephus de Cano,* Bruxellensis, J. U. L., protonotarius apostolicus, canonicus S. Jacobi, decanatus possessionem adiit 23 junii 1741. Obiit 27 septembris 1758.

XXXIII. *Franciscus Engelgrave,* Guilielmi Laurentii frater, J. U. L., civitatis eleemosynarius, mortua conjuge, studiis theologicis Lovanii incubuit, et anno 1736 praeses collegii Viglii nominatus est. Deinde canonicus eccl. cathedralis Antverpiam commigravit, ibique decanatus possessionem adiit 24 februarii 1759. Obiit 16 sept. 1784, octogenario major, vir ecclesiasticae disciplinae observantissimus et in pauperes liberalitate clarissimus.

XXXIV. Decanorum seriem terminat *Josephus Franciscus Engelbertus Werbrouck,* natus Antverpiae die 15 januarii 1753, S. T. Licentiatus, anno 1777 ad S. Jacobum Antverpiae canonicus, anno sequenti primus Lovanii collegii Veteranorum praeses, ibique an. 1781 S. T. doctor renunciatus, ac anno 1782 academiae rector electus est.

Literis regiis de die 2 februarii 1785 nominatus decanus, dignitatis suae possessionem adiit 4 junii ejusdem anni. A reverendissimo episcopo Cornelio Francisco de Nelis, dum civitatem suam episcopalem relinquere debuit (Vide supra p. 105), inter vicarios generales adlectus, multa gessit ac pertulit pro totius dioeceseos salute et regimine. Vir erat candidus ac sincerus, doctrina et vitae integritate clarissimus, auctoritatis ecclesiasticae defensor acerrimus. Anno 1798 a Gallis in exilium ejectus ultra Rhenum, Iselstadii substitit, ibique contracta febri contagiosa assistendo infirmis praemature e vivis abreptus est die 21 novembris 1801, aetatis anno 49. Vide supra pp. 118, 125 et 128.

Digitized by Google

§. IV.

Archidiaconi ante episcopatus erectionem.

Amplissima, ante Tridentinam synodum, erant jura et officia archidiaconorum, qui una cum episcopo pastorale onus gerebant, ejusque sollicitudinem in pascendo grege sublevabant. Haec ergo dignitas major post episcopalem olim habebatur.

Cameracensis dioecesis, quam latissime patens, divisa erat in sex archidiaconatus, scilicet Cameracensem, Brabantinum, Hannoniensem, Valencenensem, Antverpiensem et Bruxellensem [1].

Archidiaconi Antverpiensis jurisdictio per civitatem Antverpiam et magnam illius dioeceseos partem protendebatur, excepta aliqua Campiniae parte, quae dioecesi Leodiensi suberat. Archidiaconatui unitus erat, nescitur a quo tempore, personatus ecclesiae de Berlaer.

I. *Alardus*, an. 1089.

II. *Anselmus*, an. 1103.

III. *Sigerus*, an. 1106.

IV. *Albericus de Montmorency*, paulo post an. 1106, ut videtur, filius Hervaei de Montmorency, cujus meminit Du Chesne.

V. *Adam.*

VI. *Humbertus de Balgio* (*Baugé* seu *Bugey*) an. 1123, primum episcopus Augustodunensis an. 1140, deinde an. 1148 archiepiscopus Lugdunensis. Cfr. *Gallia Christ. nov. tom. IV*, *p.* 120.

VII. *Guido de Nuceriis* (*de Noyers*), an. 1145, nominatus deinde archiepiscopus Senonensis. Cfr. *op. cit. tom. XII*, *p.* 52.

VIII. *Joannes de Hennin*, circa an. 1175, quo praedecessor archiepiscopatum Senonensem accepit.

IX. *Guilielmus.*

Cfr. Le Glay, *Cameracum Christianum*, *p.* 386.

Digitized by Google

X. *Egidius de Rosella*, seu *Rosel*, originem ducens ex gente de Mauricourt, an. 1213.

XI. *Walterus*.

XII. *Wilhelmus de Bigardis*, inter an. 1223 et 1231.

XIII. *Egidius de Braina*, seu forte de *Brania*, an. 1234. Attamen in diplomate dato in Coena Domini 1234 legitur : *E. de Braina, Cameracensis archidiaconus in Antverpia et officialis Domini Cameracensis foraneus*.

XIV. *Simon de Cantaing*, an 1239. Ejus frater Thomas de Cantaing, dominus de Marcoing et de Mannieres, vivebat adhuc an. 1263.

XV. *Petrus*, an. 1271.

XVI. *Joannes de Antoing*, an. 1275.

XVII. *Bertho*, an. 1287 ex speciali auctoritate episcopi Cameracensis confirmat, dato diplomate feria sexta ante conversionem S. Pauli, erectionem prioratus B. M. V. de Hanswyck canonicorum regularium de ordine vallis Scholarium, juxta Mechliniam. Vid. *Miraei op. cit. tom. III, p.* 143.

XVIII. *Walterus Cats*, ex Zelandia oriundus, an. 1302.

XIX. *Petrus Beraldi* (de Barail), e domo de Cessac in Cadurcis, an. 1332. Constitutus est an. 1342 episcopus Agathensis. Vid. *Gallia Christ. nov. tom. VI, p.* 689.

XX. *Petrus Masuyerus* (*Masuyer* seu *Mazoier*), doctor legum, usque ad an. 1372 vel 1373 quo episcopus Atrebatensis renunciatus fuit. Vid. *op. cit. tom. III, p.* 340.

XXI. *Rumoldus Van der Voort*, erat die 10 martii 1381 persona de Ballaer seu Berlaer.

XXII. *Jacobus Masuyerus*, an. 1399 archidiaconali auctoritate confirmat erectionem capituli Turnhautani. Vid. *Miraei op. cit. tom. III, p.* 442, ubi vocatur *Manoëry*.

XXIII. *Arnoldus de Halle*, an. 1403.

XXIV. *Richardus de Bossonvilla*, paulo post an. 1404.

XXV. *Jacobus de Prato*, eodem circiter tempore vita functus.

XXVI. *Eustachius Coiler*, quem alii haud recte *Carlier* vocant.

Digitized by Google

XXVII. *Guilielmus Mennart*, seu *Monniardi*, an. 1418.

XXVIII. *Guilielmus Bont*, alias *Bontius*, an. 1440. Fuit juris utriusque doctor, ad S. Petrum Lovanii decanus, executor bullae ab Eugenio IV Senis X kal. junii 1443 datae quoad erectionem professoratuum in universitate Lovaniensi, item alterius bullae pontificiae a Nicolao V datae an. 1446. Vid. *Fasti Acad. Lov. p.* 77, et *Miraei op. cit. tom. II, p.* 1265.

XXIX. *Joannes Millet*, an. 1443, nominatus episcopus Suessionensis. Vid. *Gallia Christ. nov. tom. IX, p.* 375.

XXX. *Nicolaus Lamberti de Valckenisse*, regens et legens in facultate Artium Lovanii, an 1435 ultima maii et 1440 ultima februarii Academiae rector, an. 1439 medicinae doctor, canonicus Antverpiensis et Camerae apostolicae collector, erat archidiaconus circa an. 1454. Vid. *Diercxsens, op. cit. tom. III, p.* 3.

XXXI. *Joannes de Caurel*, an. 1477; jam diu ante hunc annum praedecessoris sui coadjutor fuisse creditur.

XXXII. *Hieronymus Perlytolensis de Corzula*, 12 januarii 1480.

XXXIII. *Nicolaus de Fonteney*, seu *Fonteny*, an. 1482.

XXXIV. *Petrus Bricquet*, an. 1503. Erat an. 1519 abbas commendatarius monasterii S. Andreae de novo Castello. Cfr. Le Glay, *Cameracum christ. p.* 177.

XXXV. *Bernardus de Cruce* (de La Croix), an. 1525. Cum Ruardo Tappero, doctore et decano Lovaniensi, executioni mandavit tamquam archidiaconus Antverpiensis bullam Pauli III de die 5 octobris 1537 quoad institutionem collegii vicariorum seu canonicorum in ecclesia S. Dympnae Ghelensis.

XXXVI. *Joannes Happe* alias *de Haspre*, an. 1552. Obiit an. 1568.

XXXVII. *Balduinus Wolsaert*, vita functus circa an. 1573.

Digitized by Google

§. V.

Archidiaconi post episcopatus erectionem.

Juxta bullam pro erectione episcopatus Antverpiensis anno 1561 a Pio IV datam, proprius instituendus erat in ea cathedrali archidiaconatus post cessum vel decessum archidiaconi Antverpiensis in ecclesia Cameracensi, quod tandem an. 1575 perfecit primus episcopus Franciscus Sonnius, non sine aliqua repugnantia canonicorum, priscis atque obsoletis capituli sui juribus ac privilegiis ultra modum addictorum. Vide supra p. 32.

I. *Jacobus de Campo* (Van de Velde), juris can. licentiatus, Sonnii ex fratre nepos, dignitatis hujus possessionem accepit die 16 aprilis 1575, sub conditionibus apud Diercxsens t. V, p. 209 expressis, eique in capitulo et choro locus assignatus est immediate post decanum, ante cantorem qui hactenus post decanum primum locum habuerat. Obiit 17 julii 1591. Eo vivente, per episcopum Laevinum Torrentium, die 25 junii 1588, personatus de Ballaer archidionatui denuo incorporatus est.

II. *Joannes Delrio*, ex archidiacono nominatus capituli decanus an. 1607. Vide supra p. 146.

III. *Reinerus Arents Brakelius*, alias *Reinerus Bervoets de Braeckel*, S. T. L., ecclesiae cath. multis annis viceplebanus, postea canonicus et scholasticus ac archipresbyter, et an. 1607 archidiaconus. Nominatus episcopus Ruraemundensis obiit 15 februarii 1608, aetatis an. 77.

IV. *Cornelius de Witte*, S. T. L., possessionem cepit 11 augusti 1608, eo ipso die quo possessionem adiit praebendae graduatae canonicalis. Obiit 10 augusti 1624, peste sublatus. In synodo provinciali Mechliniensi an. 1607, tit. XXV, cap. 5 (*Synodici belg.* t. I, p. 407) nominatur inter judices synodales e

Digitized by Google

dioecesi Antverpiensi, quibus praeter Ordinarios locorum committerentur causae ecclesiasticae. Familiaris vixit Francisco Swertio. Ex latina vernaculam fecit vitam S. Gertrudis Islebiensis, Antverpiae an. 1606 in-8° editam.

V. *Franciscus Zypaeus*, (Van den Zype), 24 augusti 1624. De clarissimo illo SS. canonum interprete vide Orationem Henrici Joan. Feye, in univ. cath. Lov. SS. can. prof., editam Lovanii 1852.

VI. *Christianus Voochts*, alias *Vuchts*, die 8 nov. 1650. Erat episcopi Gasparis Nemii ex sorore nepos, quo ad archiepiscopatum Cameracensem translato, Antverpiae valedixit.

VII. *Aubertus Van den Eede*, ex archidiacono (16 nov. 1665) ad episcopatum promotus an. 1677. Vide supra p. 66.

VIII. *Joannes de Weeze*, J. U. L., 19 octobris 1677. Obiit 30 sept. 1678.

IX. *Carolus Antonius de Fourneau*, possessionem accepit 29 oct. 1678. Deputatus ab episcopo benedixit capellam S. Catharinae *in 't Kiel* cum coemiterio. Obiit 14 jan. 1693. Ejus epitaphium exstat apud Le Roy, *Grand théâtre*, p. 35.

X. *Paulus Van Halmale*, J. U. L., canonicus nobilis graduatus, officialis, et ex archipresbytero factus archidiaconus, possessione accepta 4 febr. 1693. Obiit vir magni nominis et magnae auctoritatis 28 nov. 1711. Vid. Le Roy, *op. cit.* p. 49.

XI. *Constantinus Alexander Van Halmale*, alterius e fratre nepos, J. U. L., ex archipresbytero pariter factus archidiaconus, possessionem adiit paulo post mortem sui praedecessoris. Obiit 11 junii 1724, sepultus in ecclesia de Broechem, ubi sibi et familiae monumentum posuit. Vid. Le Roy, *op. cit.* p. 49.

XII. *Alphonsus Dominicus Van Ertborn*, Mechliniensis, S. T. L., dignitatis possessionem cepit 11 nov. 1724. Mortuus est 2 martii 1737.

XIII. *Henricus de Quickelberghe*, Bruxellensis, J. U. L., ex archipresbytero archidiaconus, accepta possessione 12 oct. 1737. Obiit morte improvisa 14 januarii 1751.

Digitized by Google

XIV. *Franciscus Josephus Verrotten*, Bruxellensis, J. U. L., nonicus graduatus, trium episcoporum, Caroli d'Espinosae, ilielmi Philippi de Herzelles, Josephi Anselmi Francisci Werouck, secretarius, ex officiali archidiaconus, quam dignitatem no 1751 adeptus est. Obiit an. 1767.

XV. *Eduardus Emmanuel van Mechelen de Berthout*, filius cobi Norberti, Lyrani oppidi consulis, J. U. L., ex archipres-tero archidiaconus 1767. Obiit 7 oct. 1777.

XVI. *Franciscus Antonius Stephanus Bruyninckx*, Antverensis, J. U. L., scholasticus, officialis, archipresbyter ac demum 1. 1777 archidiaconus. In generali Artium promotione Lovanii 759 tertium locum habuit, ibique in paedagogio Falconis phisophiam docuit. Mira erat dicendi facilitate praeditus. Obiit aprilis 1791, omni haereditate pauperibus adscripta.

XVII. *Antonius de Vries*, Antverpiensis, S. T. L., canonicus raduatus theologus, poenitentiarius, examinator synodalis et brorum censor, ex archipresbytero an. 1791 archidiaconus, de ioecesi turbatissimo tempore optime meritus. Obiit Antverpiae aug. 1804.

§. VI.

Archipresbyteri.

Archipresbyteratus in ecclesia Antverpiensi institutus fuit in ium praedictae bullae Pii IV pro erectione episcopatus. Quum vero ante illam erectionem capitulum jurisdictionem archipresbyteralem haberet in suos subditos, eam etiam retinuit et exercuit usque ad episcopatus extinctionem. Subditi autem erant non tantum beneficiarii et officiarii ecclesiae matricis sed et curati et capellani ac officiarii aliarum ecclesiarum, de quibus agetur cap. V §. 1.

Pontificio diplomate statutum erat, quod episcopus haberet archidiaconum, archipresbyterum et poenitentiarium, sic ut tres primo vacaturi canonicatus cederent possidentibus illa officia.

Digitized by Google

At quaestio erat de erigendis dictis officiis in dignitates, quibus competeret praeferentia in capitulo et choro. Capitulum, quod sibi ab antiquo competere contendebat jus archidiaconale in civitate et suburbio, noluit officia illa tamquam dignitates admittere, nisi episcopus et nominati declararent jus capituli forte salvum. Supra p. 32 et p. 151 dictum est Sonnium an. 1575 rem composuisse quoad archidiaconatum. Idem praestitit episcopus Guilielmus de Berghes quoad archipresbyteratum et poenitentiariam, datis literis *non-praejudicii*, die 25 sept. 1601, quae leguntur apud Diercxsens, t. VI, p. 347. Vide supra p. 45. Similes capitulo literas *non-praejudicii* dedit archipresbyter Reinerus Arents Brakelius, eique in choro et capitulo assignatus est locus post cantorem.

Archipresbyteratus, jamjam ut dignitas assumptus et recognitus, necdum habebat dotem. Episcopus Joannes Malderus, considerans aequum esse ut dignitates honorarentur temporali aliquo proventu, et onus eisdem incumbens aliquo sublevaretur beneficio, personatum loci de Heyst, sub decanatu Lyrano, archipresbyteratui univit per literas de die 6 martii 1618. Vide Diercxsens, t. VII, p. 107 et supra p. 61.

I. *Simon Moors*, S. T. L., a Sonnio nominatus vice-plebanus ecclesiae B. M. V., deinde officialis et sede vacante vicarius generalis (vide supra p. 33), ante compositam anno 1601 quaestionem archipresbyteri munere primus defunctus est. Arbitror illum nominatum fuisse a Laevino Torrentio inter eas controversias quas cum capitulo habuit. Vide supra pp. 35 et 37.

II. *Reinerus Arents Brakelius*, post obitum Simonis Moors fuit archipresbyter usque ad an. 1607 quo ad archidiaconatum promotus fuit. Vide supra p. 151.

III. *Laurentius Beyerlinck*, an. 1607 vel 1608. De viro apud cives et exteros clarissimo vide *Bibl. belg.* t. II, p. 805, et Paquot, *Mém.* t. VIII, p. 439.

IV. *Antonius a Berchem* successit, ut videtur, Laurentio Beyerlinck defuncto an. 1627.

Digitized by Google

. *Henricus Walravens*, signat tamquam archipresbyter acta oductionis in Aertselaer de die 25 oct. 1645.

I. *Theodorus Vooghts*, forsitan frater illius qui supra p. 152 r archidiaconos recensetur, erat archipresbyter 10 nov. 1655. it 8 oct. 1659, fundato anniversario.

II. *Joannes de Weese*, an. 1677 ad archidiaconatum promo-, signat ut archipresbyter in acta 2 mart. 1674.

III. *Paulus Van Halmale*, vide supra p. 152.

X. *Constantinus Alexander Van Halmale*, vide supra p. 152.

. *Sebastianus Thibaut*, Angiensis, S. T. L., Lovanii in paeogio Castri philosophiae professor, ex canonico graduato et nitentiario factus archipresbyter an. 1711. Nominationi suae d diu supervixit, fato enim concessit 21 junii 1712. Sede ante an. 1706 fuerat Vicarius generalis, et per annos circiter ;inta quatuor summa cum laude rexit seminarium episcopale.

XI. *Franciscus van der Aa*, Antverpiensis, J. U. L., ex pleio partis australis adscitus an. 1721 canonicis graduatis, hipresbyteratum accepit paulo post mortem Sebastiani Thiit. Obiit 29 decembris 1727.

XII. *Petrus Moretus*, vita functus 21 maii 1734.

XIII. *Henricus de Quicquelberghe*, a mense octobri 1734 usque an. 1737, quo ad archidiaconatum promotus est.

XIV. *Arnoldus Briers*, Hasselensis, S. T. L. et in seminario ofessor, examinator synodalis, librorum censor et canonicus iduatus. Obiit 4 nov. 1751. Ex approbatione Psalterii Wilhelmi iits liquet eum mense junio 1744 adhuc fuisse archipresbyten, quam dignitatem retinuit usque ad mortem.

XV. *Eduardus Emmanuel Van Mechelen de Berthout*, eadem titus est dignitate ab an. 1752 ad an. 1767, quo archidiaconan accepit.

XVI. *Joannes Franciscus de Bruyn*, ex Sundert, ex procurare seu oeconomo Majoris collegii S. Spiritus Lovanii, regens edagogii Porci, post acceptum an. 1744 licentiae gradum in cra theologia, praeses seminarii Antverpiensis, deinde cano-

Digitized by Google

nicus graduatus et pœnitentiarius, promotus est ad archipresbyteratum an. 1767. Obiit an. 1775 in hebdomade sancta.

XVII. *Franciscus Antonius Stephanus Bruyninex*, an. 1776. Vide supra in serie archidiaconorum p. 153.

XVIII. *Antonius de Vries*, an. 1777. Vid. ibid.

XIX. *Joannes Henricus Van Bloer*, Tungrensis, S. T. L., professor et deinde praeses seminarii Antv. an. 1791 nominatus archipresbyter, ac an. 1798 adlectus inter Vicarios generales sedis vacantis. Vir plenus meritis obiit Lyrae 12 aprilis 1811.

§. VII.

Pœnitentiarii.

Vi bullae Pianae pœnitentiaria in ecclesia Antverpiensi pariter instituta, an. 1601 cum archipresbyteratu dignitatibus adnumerata est, ut liquet ex dictis p. 154, eique assignatus est pro dote personatus de Wommelgem. Quo autem tempore id factum fuit ignorare se fatetur Diercxsens, *tom. VII, p.* 107.

Eo itaque titulo pœnitentiarius conferebat illum pastoratum certamque pecuniae summam ex illius loci decimis annue accipiebat.

I. *Henricus Sebertus Dungaeus*, Sylvaeducensis, S. T. D., obiit 12 sept. 1596, aetatis an. 85.

II. *Petrus a Santfort*, circa an. 1601.

III. *Zegerus Van Hontsum*, Antverpiensis, pœnitentiarius signat in acta 26 aug. 1619. Cfr Diercxsens, *tom. VII, p.* 125, et Paquot, *tom. VIII, p.* 51.

IV. *Aubertus Van den Eede*, Zegero Van Hontsum, an. 1643 defuncto, successit. Vide supra p. 66.

V. *Franciscus Van Hilwerven*, erat canonicus et pœnitentiarius 21 febr. 1669.

VI. *Theodorus Van Hamme*, an. 1701. Hunc inter ac prae-

Digitized by Google

entem forsitan unus aut alter, mihi ignotus, interponendus.

VII. *Sebastianus Thibaut*, an. 1711. Vide inter archipresbyos p. 155.

VIII. *Alphonsus Dominicus Van Ertborn*, an. 1724 ad archiconatum promotus. Vid. supra p. 152.

IX. *Guilielmus Laurentius Engelgrave*, an. 1737; ad decaum promotus an. 1741. Vide supra p. 147.

X. Quem ille, eodem an. 1741 defunctus, successorem haerit, non reperi.

XI. *Nicolaus Diercxsens*, Antverpiensis, die 4 nov. 1733 Loaii licentiae gradum in sacra theologia accepit una cum fratre o Joanne Carolo Diercxsens auctore notissimi operis quod scribitur : *Antverpia Christo nascens et crescens*. Theologicas sciplinas in seminario docuit, et ex canonico graduato factus t pœnitentiarius circa an. 1750.

XII. *Joannes Franciscus de Bruyn*, circa an. 1760, et deinde . 1767 archipresbyter. Vide supra p. 155.

XIII. *Antonius de Vries*, an. 1767, deinde an. 1777 archipresyter. Vide supra p. 153.

XIV. *Petrus Simons Van Eupen*, natus Antverpiae 12 nov. 744, Lovanii theologiae alumnus in collegio Adriani VI et lecor ejusdem collegii, ad licentiae gradum promotus est 9 julii 770. Ab an. 1772 professor in seminario Antverpiensi, canoniitum graduatum accepit an. 1775, ac demum an. 1777 pœniintiarius nominatus est. Erat insuper examinator synodalis et istrictus Antverpiensis archipresbyter seu decanus. Fuit unus orum Vicariorum generalium quibus Nelisius in exilium proecturus ecclesiae suae curam commendavit, quo in munere solcitum et strenuum se gessit, donec ipsemet an. 1797 captivus n Galliam abductus est. Anno 1799 e Gallica captivitate in exiium missus est ultra Rhenum ad partes Ultrajectenses, ibique n pago Jutfaas hospitio receptus ab illius loci pastore, vicarias astorales curas egit, donec exul fato concesserit 14 maii 1804. Dum illic moraretur, edidit vernaculo idiomate opus egregium

Digitized by Google

adversus schismaticos Ultrajectenses. De ipsius oratione habita in funere Wellensii supra p. 92 mentio fuit.

Partem non modicam habuit in illa rerum conversione quae sub Josepho II in Belgio accidit, quum vi et armis tentatum fuisset, ut pacti ab imperatore jurati fides servaretur. Scriptores nostrates plurimi, nescio quo vituperandi studio abrepti asperrime carpunt pœnitentiarium Antverpiensem, virum religioni et patriae addictissimum, sed, quod lubenter fateor, ferendo oneri in civili illo motu illoque rerum discrimine non satis parem. His scriptoribus aequiorem se praebet Baro de Stassart in notitia impressa in *Biographie universelle, tom. XLVII, p.* 446, recusa p. 497 in ipsius operum editione quae Bruxellis prodiit an. 1854 in-8°.

§. VIII.

Plebania.

Plebanorum seriem satis hiulcam ab an. 1124 ad an. 1627 refert Diercxsens, *tom. I, p.* 136.

Illa autem plebania, quae a duodecimo saeculo sub cura sua habuit civitatem et totum suburbium, tractu temporis varias mutationes subiit.

Anno 1124, dum capitulum ex ecclesia S. Michaelis ad capellam B. M. V. translatum est, plebaniae unita erat praebenda canonicalis, quae deinde (nescitur quo tempore) ab ea sejuncta fuit, rursumque an. 1316 eidem unita, quum fructus illius beneficii consistentes in quarta parte oblationum censerentur nimium tenues.

Anno 1304 ab ea etiam sejunctum est totum suburbium, erectis ibidem parochiis S. Georgii et S. Willebrordi, absque tamen fonte baptismali. Prima earum parochiarum post octo circiter annos, productis moenibus, civitati incorporata est, et reliquo ipsius suburbio provisum est pro nocturno tempore per sacerdotem subsidiarium residentem *in 't Kiel;* altera vero proprium fontem baptismalem accepit an. 1441. Similia parochialia jura

Digitized by Google

ıcessa fuere ecclesiis S. Jacobi et S. Walburgis an. 1477, et Andreae an. 1529, adeo ut plebania sub cura sua non retinuenisi mediam civitatis partem.

Tandem an. 1639 coeptum a Maldero an. 1614 consilium fecit Gaspar Nemius (vide supra p. 59 et 63), et plebania ab eo ıpore divisa fuit inter duos pastores seu plebanos, unum tis australis seu meridionalis, alterum partis septentrionalis ı aquilonaris, singulos habentes pro dote medium canonica-n et praebendam.

Tunc temporis plebanus erat Gaspar Estrix, qui facta convenne officium suum resignavit, ut latius habetur apud Diercxsens, n. *VII*, *p.* 242—247.

Plebani partis australis.

I. A divisione plebaniae primus canonicus-pastor partis ausılis nominatus est *Robertus Sweerts*, Antverpiensis, S. T. L., ıi antea Buscoducensis et deinde Turnhautanus plebanus fuet. Obiit 4 junii 1646. Frater erat Francisci Swertii. Vid. *thenae Belgicae*, pp. 661 et 662.

II. *Melchior Van den Bosch*, ex pastore S. Andreae nominatus ı. 1646. Obiit 8 nov. 1669.

III. *Jacobus Brants*, Lovaniensis, S. T. L., ex pastore S. Jaıbi Lovanii ad plebaniam promotus an. 1669, an. 1678 vita ıfunctus ex morbo tunc Antverpiae grassante quo plura homiım millia abrepta fuerunt, inter quos etiam plebanus partis ıptentrionalis.

IV. *Paschasius a Castro* (Du Chasteau), Castro-Solranus in annonia, S. T. L., ab an. 1673 pastor in Waelhem, per conırsum ad plebaniam nominatus 3 januarii 1679, eodem die quo artis septentrionalis plebanus constitutus est Rumoldus Backx. n. 1703 inter graduatos canonicos adscriptus, obiit 3 junii 1709.

V. *Alphonsus Dominicus Van Ertborn*, ex pastore de Brusıghem et de Ossele dioec. Mechliniensis, ob egregiam in prae-

Digitized by Google

dicando facundiam electus plebanus an. 1703. Vide supra inter archidiaconos p. 152.

VI. *Franciscus Van der Aa*, circa an. 1709. Vide supra p. 155.

VII. *Joannes Walterus Eelkens*, Antverpiensis, ex pastore S. Walburgis promotus an. 1724. Obiit an. 1731.

VIII. *Petrus Verheyen*, ex Schelle, S. T. L., nominatus 18 jan. 1734. Fuit examinator synodalis, christianitatis Antverpiensis archipresbyter, librorum censor, et sede vacante vicarius generalis. Obiit 1 oct. 1777. Operis ejus nomine editi titulus memoratur supra, p. 85.

IX. *Joannes Antonius Seerwart*, natus Lyrae 20 oct. 1749, S. T. L., ex vice-praeside majoris collegii S. Spiritus Lovanii professor seminarii Antverpiensis, in plebanum electus est 27 dec. 1777. Mortuo episcopo an. 1798 inter vicarios generales adscriptus est. Post extinctum episcopatum, novae parochiae B. M. V. pastor seu plebanus nominatus ab archiepiscopo Mechliniensi, obiit 17 julii 1805, magno sui relicto desiderio.

Plebani partis septentrionalis.

I. *Guilielmus Breugel*, an. 1650 defunctus. Ante adeptam an. 1639 plebaniam fuerat pastor ad S. Andream et deinde vice-plebanus.

II. *Petrus Haesius*, antea pastor Nosocomii, deinde S. Georgii, obiit 1651.

III. *Joannes Van Leemputte*, S. T. L., morbo Antverpiae grassante extinctus an. 1678.

IV. *Rumoldus Backx*, Mechliniensis, S. T. L., ex pastore in Willebroeck ad plebaniam promotus initio anni 1679. Obiit 3 junii 1703. Vide Paquot, *Mém.* t. VIII, p. 334.

V. *Joannes Van Exel*, ex Wortel prope Hoogstraten, ex pastore Hornano in Hollandia nominatus an. 1703. Obiit 4 aprilis 1732.

Digitized by Google

VI. *Johannes Van Ey*, Antverpiensis, pastor S. Michaëlis Lovanii et collegii Hovii (quod vulgo Patrimonium Christi licitur) praeses, plebaniam accepit an. 1732. Obiit 5 aug. 1762. Edidit *Enchiridion S. Scripturae*, 3 vol. in-8°.

VII. *Petrus Gummarus Van Hommelen*, ex pastore ad S. Andream, an. 1762 plebanus, obiit an. 1772.

VIII. *Johannes Franciscus Lippens*, Ecloniensis in Flandria, S. T. et J. U. L., ex pastore in Contich ad plebaniam promotus an. 1772, quam an. 1786 post adeptum canonicatum praebendae liberae resignavit. Obiit 19 julii 1798. Fuit examinator synodalis et officialis.

IX. *Guilielmus Joannes Van Bombergen*, natus Antverpiae 29 aug. 1752, S. T. L., in seminario Antv. professor, an. 1786 plebanus et districtus Antverpiensis archipresbyter ac sede vacante unus vicariorum generalium. An. 1803 in nova circumscriptione ab archiepiscopo Mechliniensi nominatus est pastor seu rector ecclesiae S. Caroli, et defuncto an. 1805 Joanne Antonio Seerwart, eidem successit in pastoratu ecclesiae primariae B. M. V. Ab eodem archiepiscopo nominatus est examinator synodalis et archipresbyter districtus Antverpiensis. Obiit plenus dierum ac meritorum 6 augusti 1824, successorem nactus illum ipsum praesulem eminentissimum Engelbertum Sterckx, quem nunc Mechliniensem archiepiscopum et S. R. E. cardinalem veneratur Belgium.

§. IX.

Seminarium episcopale.

Tridentinum decretum de instituendis clericorum seminariis quod concilium provinciale Mechliniense an. 1570 executioni mandandum esse ordinaverat, ita ut, ubi illorum institutio nondum facta esset, ultra sex menses non differeretur [1], Antver-

[1] *Synodici Belg.* t. I, p. 124.

Digitized by Google

piae intra praescriptum terminum impleri non potuit, tum ob temporum malignitatem, tum ob continuas in ipsa civitate turbas. Sub tribus prioribus episcopis, ne operarii deessent in vinea Domini, clerici studiorum causa in universitate Lovaniensi alebantur; quaedam etiam tunc tentata media ad erigendum seminarium atque aliquae in hunc finem fundationes factae fuerunt. Inchoatum quoquo modo seminarium sic auxit et amplificavit Joannes Miraeus, ut illius fundator merito nuncupari possit, nam praeter census annuos, professoribus quoque et ipsius seminarii alumnis large providit, empta et adaptata domo e regione palatii episcopalis in angulo plateae dictae *de Bernaert straet*, in quo hodie diversorium est sub insigni S. Antonii [1].

Anno 1674, sub episcopo Ambrosio Capello, empta est domus ampla, via dicta *de Schoen-merckt*, cui insigne erat *Rosa*, quae primum in collegium seu *Seminarium Pastorum*, ab illo episcopo fundatum, cedere debuerat [2]. Sed immutata fundatione sub Petro Josepho de Franken-Sierstorff, motaque lite, ad majorem ipsius fundationis quaestum divendita est illa domus, ad quam post an. 1716 seminarium episcopale translatum est, divendita priori domo in angulo plateae *de Bernaert straet*.

Aedes, a Sierstorffio restauratas, hodiedum tribunal seu palatium justitiae occupat.

Joannes Malderus in *Instructione decanorum*, quam in congregatione an. 1630 eum publicasse arbitror [3], statuit, titulo *de collatore beneficiorum*, exigendum esse pro seminario sexagesimum nummum veri proventus quorumcumque beneficiorum sive vacantium sive non vacantium.

Aliis insuper mediis seminario provisum est. Personatus enim loci de Iteghem sub decanatu Lyrano, et personatus de Ouwen ac Grobbendonck sub decanatu Herendalensi, eidem incorporati fuerunt per literas Romae expeditas 11 junii 1657 et Bruxellis

[1] Vide supra, p. 17.
[2] Ibid., p. 66.
[3] Ibid., p 13 et 15.

Digitized by Google

placetatas 6 maii 1659. Eo titulo provisores et praeses seminarii patroni seu collatores erant illarum ecclesiarum, quibus eadem etiam conditione accessit personatus ecclesiae de Ranst sub decanatu Antverpiensi.

Series praesidum.

I. *Laurentius Beyerlinck*, Antverpiensis, S. T. L., primus a Miraeo praeses constitutus est, dum vix agebat vigesimum septimum aetatis annum, qui licet juvenis jam inde Lovanii in collegio SS. Trinitatis poësim et rhetoricam ac apud canonicos Bethleëmiticos theologiam docuerat, et pastor fuerat in vicino pago de Herent, quique deinceps scriptis suis testatus est quam merito ad hoc munus fuerit promotus. Hoc porro fundatoris encomium sub depicta ejus imagine, quae in seminario servata est usque ad ipsius suppressionem, inscripsit :

JOANNIS MIRAEI
IV ANTVERPIENSIUM PRAESULIS
VULTUM HIC VIDES SPECTATOR,
NEQUE ENIM HEROICAM IPSIUS MENTEM
QUA SEMPER ALTA COMPLEXUS
EXIGUA TABULA QUIS COMPREHENDET.
ILLE, ILLE EST, CUJUS IN DEUM RELIGIO ET PIETAS,
ERGA HOMINES BENIGNITAS, IN AGENDO PRUDENTIA,
QUAE VIRTUTES UNA CUM ERUDITIONE SUMMAE IN EO FUERUNT,
APUD NOS POSTEROSQUE PERENNI ELOGIO CELEBRABUNTUR.
HUJUS INDUSTRIA ET LABORE DIOECESIS ANTVERPIENSIS
HAC TEMPORUM MALIGNITATE PENE COLLAPSA
PRISTINUM ET PRISTINO AMPLIOREM SPLENDOREM ACCEPIT.
SURREXIT EJUS AUSPICIIS HOC SEMINARIUM CLERICORUM,
QUOD VIVENS FOVIT ET OPIBUS SUIS MORIENS DOTAVIT,
E QUO MOX MISSI IN OMNEM VINEAM OPERARII.
VISITATIONES ECCLESIARUM HOC SPECULATORE RESUMPTAE,
VIRGINUM COENOBIA OPTIMIS INSTITUTIS STABILITA,
CAEREMONIARUM SACRARUM INTRODUCTAE FORMULAE.
SUMMA EST
QUOD OLIM URBI AETERNAE OCTAVIANUS CAESAR

Digitized by Google

ID PRAESTITISSE ANTVERPIENSI ECCLESIAE
JURE QUIS NUNC DIXERIT:
LATERITIAM PRIUS EAM INVENISSE,
ET MODICO QUO PRAEFUIT SPATIO
MARMOREAM RELIQUISSE.
SED HEU! MEDITANTEM MAJORA CATARRHI DEFLUXUS RAPUIT.
DECESSIT BRUXELLAE IN PATRIA ANNO CIↃ . IↃ . CXI . XII JANUARII,
POSTQUAM VIXISSET ANNOS LII, NON TAM DIERUM
QUAM MERITORUM PLENUS.
LAURENTIUS BEYERLINCK
S. THEOL. LICENT.
ET PRIMUS HUJUS SEMINARII PRAESES
ANTISTITI OPT. DE SE MERITO POS.

Obiit Beyerlinck 7 junii 1627, aetatis anno 49. Vide supra inter archipresbyteros p. 154.

II. *Henricus Walravens*, S. T. L., episcopi Joannis Malderi cognatus, eccl. cath. canonicus.

III. *Joannes de Capua*, eccl. cath. canonicus, obiit 3 junii 1666.

IV. *Antonius Hoeffslag*, S. T. L, canonicus graduatus et librorum censor, qui praesidentiam dimisit circa an. 1684.

V. *Sebastianus Thibaut*, de quo supra inter archipresbyteros p. 155.

VI. Quem ille circa an. 1711 successorem habuit, me latet.

VII. *Guilielmus Laurentius Engelgrave*, qui an. 1741 promotus est ad decanatum sed ante installationem obiit. Vide supra p. 147.

VIII. *Antonius de Winter*, Antverpiensis, S. T. L., canonicus graduatus et examinator synodalis, an. 1744 praesidentiam dimisit.

IX. *Joannes Franciscus de Bruyn*, ab an. 1744 usque ad an. 1775, quo vita functus est. Vid. supra inter archipresbyteros p. 155.

X. *Joannes Henricus Van Bloer*, ab an. 1776 usque ad seminarii suppressionem. Vide inter archipresbyteros supra p. 156.

Digitized by Google

CAPUT II.

DE ECCLESIIS COLLEGIATIS.

---

§. I.

Capitulum S. Gummari Lyrae.

Insigne et perantiquum capitulum Lyranum initia sua debet oratorio in honorem SS. Petri et Pauli intra Nethae ambitum constructo a S. Gummaro, quem aiunt fuisse terrae Ryensis dynastam, anno 774 vita functum [1]. Quadraginta annis post ipsius obitum, anno scilicet 815, sacra viri ossa ex Emblehem, quo castrum ipsius situm erat, translata sunt ad illud SS. Petri et Pauli oratorium constructum in loco *Ledo* vel *Ledi* nuncupato [2], qui paulatim in oppidum excrevit et *Lyra* dictum est.

Quum magna undique populi multitudo ad honorandum S. Gummari tumulum concurreret, e regione oratorii erecta est ecclesia, quae dedicata fuit in honorem S. Joannis Baptistae titulo decollationis. Antiquae illi ecclesiae, temporis injuria detritae, nova successit, illiusque structura, anno 1425 coepta, circa annum 1483 perfecta fuit. Ad hanc ecclesiam, qua Belgium vix elegantiorem habet, sacrae Gummari reliquiae translatae sunt 17 martii 1475.

In ea erat canonicorum capitulum, quod in veteribus monu-

[1] Vid. *Acta SS.* tom. V, oct. 674, et Butler, *Vies des Saints, nouv. édit. Bruxelles*, 1846-50, tom. V, p. 415.

[2] Memoratur in divisione regni imperatoris Lotharii anno 870 facta. Vid. *Miraei op. diplom.*, tom. I, p. 31.

Digitized by Google

mentis *canonicorum monasterium* dicitur, non quod monasticam vitam duxerint canonici, sed quod collatis in commune facultatibus in claustro circa ecclesiam, more a plerisque capitulis tunc temporis usurpato, viverent.

Praecipui capituli benefactores fuere Brabantiae duces Godefridus III et Henricus I [1], adeo ut ipsius restauratores habeantur, et praebendarum collatio ad Brabantiae ducem usque ad capituli extinctionem pertinuerit. Factum est ita, ut ab eis nominati fuerint viri ex ipsa ducum familia oriundi vel nobilitate maxime illustres, quorum aliquando aliqui nullo sacro ordine erant initiati, ut Wilhelmus dictus de Erpe, filius naturalis Joannis III, anno 1386 executor testamenti fratris sui Ludovici Hacke [2], et alter ex illegitimo thoro natus ducis Brabantiae abnepos Joannes a Brabantia, cujus hocce epitaphium laminae aeneae insculptum in choro quondam legebatur :

Dormit Joannes saxi sub mole Brabantus,
Stirpe Brabantina de duce natus avo.
Non virtute minus quam stemmate nobilis, annos
Quadraginta octo canonicus residens.
OBIIT ANNO MDLI. XV MENSIS APRILIS.

Capituli sigillum prae se ferebat in scuto argenteo crucem rubeam. Priscis vero temporibus in suo sigillo utebantur canonici imagine S. Gummari, equo insidentis et hastati, cum hac inscriptione : *Sigillum S. Gummari pretiosi militis Christi*, prout constat ex quadam transactione inter canonicos Lyranos et abbatiam Tongerloensem anno 1210 facta, cujus meminit Wichmans [3].

[1] Eorum diplomata de annis 1175, 1180, 1199 et 1200 refert Miraeus, op. cit., tom. I, p. 310, 396, et tom. III, p. 71. Fundationes a Brabantiae ducibus factas recenset et confirmat Nicolaus de Fontanis, episcopus Cameracensis, in diplomate anni 1266, apud Miraeum, tom. III, p. 125.

[2] Butkens, *Trophées de Brabant*, tom. I, *Preuv.* p. 189.

[3] *Brabantia Mariana*, lib. I, cap. 13, p. 183.

Digitized by Google

Canonici erant numero duodecim, habentes cantorem, thesaurarium et decanum, qui olim praepositus dicebatur.

Series decanorum.

I. *Sigerus*, praepositus an. 1130, cui Theobaldus monachus inscripsit vitam S. Gummari, quae apud Surium et Bollandinianos legitur.

II. *Lambertus*, ut decanus memoratur an. 1174.

III. *Franco*, praepositus testis in diplomate Henrici I anno 1180.

IV. *Balduinus Souerheyt*, seu potius *Balduinus Somerhoedt*, dictus *Boudewyn*, antea plebanus in Duffel, decanatum habuit ab anno circiter 1219 usque ad an. 1229 et ultra.

V. *W.* (Wilhelmus vel Walterus), *plebanus de Duffel*, *electus in decanum capituli Lyrensis* dicitur in literis anno 1262 feria secunda post Epiphaniam datis, quas refert Le Roy, *Not. Marchion. Antv.*, p. 162.

VI. *Balduinus Van Crainhem*, obiit an. 1270.

VII. *Henricus Colibrant*, obiit an. 1301.

VIII. *Walterus Dongelberge*, an. 1382.

IX. *Van Crayenhem*, cujus praenomen ignoratur, decanatum habuit an. 1387.

X. *Adrianus de Gorichem*, seu *Gornichem*, an. 1397.

XI. *Guilielmus de Brugis*, legum licentiatus, consiliarius et officialis episcopi Cameracensis et decanus christianitatis Antverpiensis, erat capituli decanus anno 1405, quo jus personatus ecclesiae de Duffel resignavit ad manus episcopi Cameracensis qui illud coenobio Tongerloensi concessit [1].

XII. *Christianus Bont*, circa an. 1419.

XIII. *Godefridus Crom*, circa an. 1425.

XIV. *Jacobus Bont*, alias *Fryendeis*, circa an. 1434; forte idem ac *Jacobus Bont*, magister Parisiensis et doctor medici-

[1] Vide Miraeum, op. cit., tom. I, p. 598, et Le Roy, op. cit., p. 236.

Digitized by Google

nae, qui circa an. 1428 fuit unus e primis professoribus Facultatis Artium in universitate Lovaniensi.

XV. *Joannes Cottereau*, ex marchionibus de Assche, an. 1450.

XVI. *Petrus de Vos*, decanatum jam ab annis aliquot habebat, dum an. 1478 (stylo Cameracensi) executioni mandavit literas apostolicas circa erectionem ecclesiae parochialis S. Walburgis Antverpiae, quas refert Diercxsens, op. cit., tom. III, p. 86.

XVII. *Michael Hoofkens*, circa an. 1480.

XVIII. *Franciscus Van Olmen*, an. 1481.

XIX. *Guilielmus Van Gorichem*, an. 1515, antea canonicus S. Petri in Anderlecht.

XX. *Antonius a Bergis*, Caroli V primarius sacellanus, decanus capitulorum Lyrani et Bergizomensis, ubi 17 aprilis 1540 defunctus sepultus est in ecclesia S. Gertrudis. Cfr. Le Roy, op. cit., p. 485.

XXI. *Maximilianus a Bergis*, Bruxellis oratorii caesarii praefectus et praepositus S. Petri Aëriae, Antonio a Bergis in decanatu Lyrano successit. Anno 1556 in Cameracensem episcopum electus, a Paulo IV primus Cameracensium archiepiscopus nominatus est. Cfr. *Gallia christ. nov.* t. III, p. 52.

XXII. *Adrianus Elaut*, S. T. B., obiit an. 1589.

XXIII. *Henricus Hornkens*, Sylvaeducensis, sacellanus regius Bruxellis, deinde decanus Lyranus. Obiit an. 1600. Edidit *Dictionarium gallico-hispanico-latinum, Brux.*, 1599, in-4°.

XXIV. *Egidius de Monte*, Daventriensis episcopi Egidii de Monte ex fratre nepos, J. U. L. et S. T. D., canonicus Daventriensis et dioecesis sede vacante vicarius generalis, inde ab haereticis pulsus, reddita Hispanis civitate an. 1587 rursus in officio confirmatus, sed paulo post iterum expulsus, promotus est ad decanatum Lyranum. Interfuit concilio provinciali Mechliniensi an. 1607, ut constat ex *Synod. Belg.*, tom. I, p. 247. Vitae finem habuit an. 1610.

XXV. *Carolus Mouchet*, S. T. D., capellanus oratorii archiducum, canonicus Mechliniensis, obiit 4 junii 1628.

Digitized by Google

XXVI. *Dionysius Van der Voort*, dictus *Leermans*, obiit maii 1645, aetatis an. 70.

XXVII. *Carolus Gevartius*, Antverpiensis seu potius Turnutanus, J. U. L., primum decanus Turnhauti deinde Lyrae, i obiit 25 martii 1654, et in ecclesia sub organo monumenm habet. Johannes Hoybergius in suis notationibus ad Latomi rsendoncam p. 51, Carolum Gevartium annumerat viris doctis rnhauto oriundis, aitque illum ex archivis ecclesiae Turnutanae capituli originem ac decanorum ejusdem catalogum, rumque sub illis gestarum seriem contexuisse, ac Edmundi nteri chronicon (sine dubio ex MS. vicini Corsendoncani enobii descriptum) praelo adornasse. Frater erat Gasperii Gertii qui apud Antverpienses nomen famamque adeptus est, de o vide *Bibl. Belg.*, tom. I, p. 166.

XXVIII. *Bartholomaeus de Salinas*, an. 1645 decanus in nderlecht et an. 1654 Lyrae, ubi obiit an. 1674.

XXIX. *Alexander Roelans*, Lyranus, protonotarius apostolis, toparcha de Mol, Baelen et Desschel (quae dominia jure gnoratitio quondam possessa a Jacobo Bouton, Ordinum Brantiae graphiario, ipsi transcripta fuere, ut ait Le Roy, op. t., p. 273), obiit an. 1696. Ab eo erectum est in ecclesia yrana sanctuarium marmoreum, quod in ambitu chori post immum altare visitur.

XXX. *Henricus Franciscus de Gheetere*, J. U. L., nepos cardialis Joannis a Goessen, episcopi Gurcensis, obiit 2 nov. 1727.

XXXI. *Eugenius Lambertus de Rifflart*, ex marchionibus de tre, J. U. L., ab an. 1728 decanus, obiit 10 mai 1740.

XXXII. *Joannes Petrus Cornet*, Bruxellensis, J. U. L., ex anonico ad decanatum promotus an. 1740, obiit 23 nov. 1750.

XXXIII. *Felix Guilielmus Antonius de Brenart*, Lovaniensis, U. L., ex canonicis primae fundationis S. Petri Lovanii, nno 1751 nominatus decanus Lyrae, deinde in senatu Mechliensi consiliarius ecclesiasticus et libellorum supplicum magister, ac demum an. 1777 ad episcopatum Brugensem promotus.

Digitized by Google

XXXIV. *Petrus Josephus Heylen*, ex Noorderwyck Campini vico, an. 1755 Lovanii in generali Artium promotione tertii deinde philosophiae professor, S. T. L. et academiae regi Bruxellensis socius, ad decanatum nominatus est an. 1777. Ob Lyrae 5 decembris 1793. De viri doctissimi vita et scriptis a dictum est in prologo ad commentarium fratris ejus Adri Heylen de Origine Tertii Status populum repraesentantis in co tiis Ordinum Brabantiae, pag. XXVI, tom. XV, *Mém. couron de l'Acad. royale de Bruxelles.*

XXXV. *Josephus Van den Eynde*; Mechliniensis, ab an. 176 pastor in Buecken, Lyrae decanus ab an. 1794 usque ad an. 1796 quo sub Gallorum dominatu capitulum extinctum est. An. 1803 nominatus pastor B. M. V. Hallis, ibidem obiit 12 januarii 1818, aetatis an. 86.

§. II.

Capitulum S. Petri Turnhauti.

Turnhautum oppidi jure anno 1212 ab Henrico I Brabantiae duce donatum [1], et frequens olim ducum nostrorum ob venationes in vicinis sylvis residentia, transiit cum tota terra Turnhautana in dominium ac dotem Mariae, Joannis III Brabantiae ducis filiae, quae anno 1347 nupsit Reinaldo Geldrorum duci, quaeque post mariti sui obitum amplam Turnhauti arcem exstruxit anno 1371, ubi annos viduitatis pie exegit.

Ut oppido major dignitas accederet, Maria erexit collegium duodecim canonicorum in ecclesia D. Petri, quae tunc parochialis erat sub dioecesi Cameracensi. Exstant fundationis literae apud Miræum, tom. III, p. 437.

Voluit autem fundatrix, ut capitulum suum ab Ordinarii jurisdictione liberum foret et exemptum, ac soli Apostolicae Sedi

[1] Miræi op. cit., tom. I, p. 197.

Digitized by Google

jectum ; quod anno 1399 a Bonifacio IX probatum ac confir-
tum fuit, incorporato eidem capitulo personatu de Oyen dioe-
is Leodiensis, cum adjunctis decimis pro medietate, et integris
i de Tieffelen. Probarunt insuper fundationem Petrus de Al-
o, episcopus Cameracensis, Joannes de Bavaria, episcopus
diensis, uti et capitulum Cameracense ac archidiaconi Cam-
iae in ecclesia Leodiensi et Antverpiensis in ecclesia Camera-
si, ut constat ex documentis relatis apud Miræum, tom. III,
137 et seqq.

Geldrensi ducissa anno 1398 sine liberis defuncta, soror
ius Joanna Brabantiae ducissa, uxor Wenceslai Lucembur-
isis, haereditario jure dominium Turnhautanum accepit, et
divini cultus augmentum ac in capituli ampliationem funda-
novam praebendam sacerdotalem sub invocatione S. Georgii,
us collatores instituit decanum ac capitulum. Quin et deci-
irum suarum residuum, quod Turnhauti non modicum obti-
bat, eidem capitulo donavit an. 1400, reservato sibi ac sorori
ae Mariae et Brabantiae ducibus bino anniversario in colle-
ita illa ecclesia celebrando.

Tredecim itaque praebendis constabat hoc collegium, quarum
ae subdiaconales, duae diaconales et quatuor presbyterales
ectabant ad collationem episcopi Antverpiensis. Duae aliae
tiquitus spectantes ad collationem toparchae de Oyen, inde
inslatae fuerunt ad collationem familiae baronis de Kettelaer.
iae duae erant ad praesentationem domus Nassoviae ac deinde
gis Borussiae; decima tertia relicta erat collationi Capituli.
aebendarum omnium fundationem literis de die 7 augusti
545 confirmavit imperator Carolus V [1], qui circa an. 1543
irnhautanum dominium concessit sorori suae Mariae Austria-
e, Belgii gubernatrici. Altera illius dominii translatio facta est
Philippo IV Hispaniarum rege, nempe an. 1648 in favorem

[1] Vid. Van Gorcum, *Beschryving der Stad en Vryheyd van Turnhout*,
55.

Digitized by Google

Ameliae de Solms, uxoris Frederici Henrici Nassovii principis Auriaci, unde postea inter regem Borussiae et familiam Nassoviorum orta est contentio, quae an. 1708 in curia feudali Brabantiae decisa est pro rege Borussiae.

Juxta fundationis diploma canonici eligebant decanum, uti et scholasticum ac cantorem. Capituli sigillum exhibet S. Petrum clavigerum.

Series decanorum.

I. Quum erigeretur capitulum, personatus ecclesiae S. Petri, cujus possessor erat Franco Mariscalci, suppressus et extinctus fuit, et *Joannes Pauli*, decretorum baccalaureus et illius ecclesiae plebanus, primus decanus constitutus est. Obiit an. 1407.

II. *Joannes Sprokele*, obiit an. 1414.

III. *Gisbertus Mutsaerts*, officialis episcopi Cameracensis, obiit an. 1466.

IV. *Gerardus Hebschop*, decretorum baccalaureus, ex cantore et plebano electus decanus, obiit 20 junii 1485. Illius cura novus ecclesiae chorus, ambitu et altaribus circumdatus, exstrui coeptus est an. 1484.

V. *Paulus Mavesin*, ex canonico Harlebecano, plebanus an. 1482, decanus electus est an. 1485. Obiit 15 februarii 1491.

VI. *Henricus Sapeels*, Turnhautanus, obiit 5 julii 1543.

VII. *Oliverius Libermi*, seu *Liberme*, decanus ab an. 1543 ad an. 1556, quo decanatum resignavit. Obiit 28 aprilis 1567.

VIII. *Laurentius Barlacus*, ab an. 1556 ad an. 1559, quo extinctus est.

IX. *Lambertus Coomans*, ab an. 1559 ad an. 1583, quo vivere desiit. In juniori aetate Romae egit, cardinalis Enckevortii secretarius, a quo e suppellectili Adriani VI pontificis dono accepit pannum rubrum holosericum, quem collegiatae Turnhautanae dedit. Ex Italia rediens, Basileae apud Erasmum haesit, eique ab epistolis fuit. Erasmum vero ejus brachiis innixum pie

Digitized by Google

catholice Basileae an. 1536 immortuum fuisse, ipsemet Lamrtus Coomans testatum reliquit. Vide nostram ea de re disseriunculam in *Bulletins de l'Académie royale de Belgique*, tom. IX, 437, et *Annuaire de l'Univ. cath. de Louvain*, 1852, p. 251.

X. *Lucas Laurentii*, ab an. 1552 plebanus, et simul ab . 1583 decanus, obiit an. 1598. Fuit etiam archipresbyter denatus Hoogstratani.

XI. *Henricus Everardi*, obiit an. 1600.

XII. *Sebastianus Hulsenius*, an. 1604 defunctus.

XIII. *Godefridus Vlierdenus*, sen *Van Vlierden*, Sylvaedunsis, an. 1574 Lovanii primus in generali Artium promotione, T. L., ex canonico Sylvaeducensi promotus an. 1605 ad pleniam et decanatum Turnhautanum, quae munia an. 1611 paulo ıte mortem dimisit.

XIV. *Ivo Hovelius*, vulgo *Van den Heuvel*, ex Oosterwyck in ajoratu Buscoducensi, S. T. B. F., ab an. 1599 pastor Begginai Turnhautani, an. 1611 pastor Nosocomii et capituli decaıs ac archipresbyter decanatus Hoogstratani, an. 1632 vita inctus.

XV. *Carolus Gevartius*, qui a decanatu Turnhautani an. 1645 l Lyranum transiit. Vide supra p. 169.

XVI. *Nicolaus Gevartius*, ex cantore decanus, obiit die 11 nov. 648.

XVII. *Nicolaus Cuylen*, ex Bladel, S. T. B. F., ex pastore priıum in Bladel et deinde in Begginasio ad decanatum promotus n. 1649, quem dimisit an. 1676. Obiit 23 martii 1677, aetatis n. 77.

XVIII. *Arnoldus Erasmus van Thielen*, ex nobili familia Antrpiae natus, plebanus et decanus usque ad an. 1690, quo haec nunia dimisit, translatus ad pastoratum Begginasii Antverıiensis. Obiit 13 oct. 1705.

XIX. *Adrianus Van Broeckhoven*, Turnhautanus, ex cantore lecanus an. 1690. Obiit 12 julii 1700, aetatis an. 53.

XX. *Henricus Joannes Van Cantelbeeck*, Antverpiensis,

Digitized by Google

S. T. B. F., ex pastore Begginasii decanus an. 1700, obiit 27 ja nuarii 1726, in ecclesia S. Petri sepultus ante sacrarium.

XXI. *Cornelius Ludovicus de la Rue*, Bredanus, J. U. L., a decanatum promotus an. 1726, obiit 19 maii 1744, sepultus i ecclesia SS. Sepulchri, ubi monialium director fuerat.

XXII. *Josephus Verdeusseldonck*, ex Asten in Majoratu Busco ducensi, S. T. B. F., an. 1710, vi privilegiorum Academia Lovaniensis nominatus ad canonicatum et plebaniam Turnhauti decanus electus est an. 1744. Obiit 7 julii 1753.

XXIII. *Joannes Cosmas Cuylitz*, Antverpiensis, an. 1753 decanus, obiit 21 decembris 1774.

XXIV. *Nicolaus Franciscus Vigneron*, Athensis in Hannonia an. 1775.

XXV. *Ferdinandus Josephus Van der Sloten*, ex Ranst, S. T. L., primum professor in seminario Antverpiensi, deinde plebanus et decanus Turnhauti ac archipresbyter decanatus Hoogstratani. Ob egregiam in fide constantiam an. 1798 a Gallis ad insulas Cayanas deportatus, martyr occubuit in Conomana die 22 novembris ejusdem anni.

§. III.

Capitulum S. Catharinae Hoogstratae.

Hoogstrata, Brabantinae Campiniae municipium, quod an. 1212 ab Henrico I Brabantiae duce inter nova ab illo erecta oppida recensetur, toparchas habuit ex Ghemminicensi, postea Cudicensi ac postremo Lalaina familia. Ex prima illa familia erat Wenemarus de Ghimmenich, cujus uxor Joanna, domina de Hoogstraten, an. 1286 donavit canonicis Antverpiensibus jus patronatus ecclesiae de Hoogstraten, ut constat ex diplomate quod refert Miræus, tom. I, p. 592.

Alter ejusdem loci dominus, Joannes de Cuyck, in eadem ecclesia an. 1422 instituit et dotavit quatuor capellanias et sep-

Digitized by Google

m horas canonicas. Ex his aliisque praebendis ad collationem pituli Antverpiensis pertinentibus, Clemens VII anno 1523 exit capitulum octo canonicorum cum decano[1]. Idque ab illo ntifice factum fuit ad petitionem Antonii Lalaini primi Hoogratae comitis, ejusque conjugis Isabellae de Culenborch, qui ıatuor fundaverant praebendas quarum collatio comitibus oogstratanis reservata mansit. Quatuor vero reliquae praeındae erectae ex antiquis beneficiis, ad collationem capituli ntverpiensis pertinentibus, ad ejusdem capituli collationem ıectabant.

In citato Clementis VII diplomate enumerantur tres hujus llegii *capellanorum* seu capituli personae vel dignitates, scilicet ector *scholarum*, *Curatus* seu plebanus, et *Director capellaorum* seu decanus. Hic a canonicis eligebatur; plebanus vero a ımite ad curam animarum praesentabatur.

Ad ecclesiam Hoogstratanam, quae S. Catharinae inscripta st, anno 1653 ex Boxtel in Majoratu Buscoducensi translatum uit corporale an. 1264 sanguine Jesu Christi salvatoris miraulose imbutum, cujus rei memoria magna fidelium veneratione t concursu quotannis recolitur dominica SS. Trinitatis[2].

Series decanorum.

I. Quis ab erecto capitulo an. 1523 fuerit primus decanus seu irector capellanorum, non plane constat. Ex Clementis VII liplomate colligitur Guilielmum Gheben, rectorem seu pastoem parochialis ecclesiae Hoogstratanae, munus suum an. 1523, esignavisse, ut capituli erectio perficeretur[3]. Successorem ille ıabuit *Hubertum Van Leemputten*, qui ultra annos quadraginta ıastor ac plebanus fuit, et forsitan eodem tempore capituli de-

[1] Vid. literae apud Miræum, op. cit., tom. II, p. 1277.

[2] Cfr. *Miræi Fasti Belg.*, p. 319, et Van Gils, *Katholyk Meyerysch Memorie-boek*, p. 262.

[3] Diplom. Belg., tom. II, p. 1277.

Digitized by Google

canus. Obiit 16 novembris 1565, ut compertum est ex lapida sepulchrali, e regione columnae ante crucem ecclesiae posito.

II. *Joannes Van Immerseel*, alias *Vanden Wiele*, defunctus 14 septembris 1572, secundus decanus dicitur in inscriptione quae olim legebatur in sacello septem dolorum B. M. V.

III. Decanus *de Malleri*, qui anno 1597, testamentum condidit, memoratur apud Antonium Anselmo, *Consultat. X*, p. 21.

IV. *Antonius Fransen*, obiit 14 nov. 1603.

V. Non constat quis illi successerit, forte *Guilielmus ab Angelis*, qui et plebanus fuit ac circa an. 1614 vita functus est [1].

VI. *Joannes Bleyens*, an. 1654 transiit ad decanatum Anderlechtensem.

VII. *Antonius de Heerstaten*, obiit 13 nov. 1686, aetatis an. 89.

VIII. *Joannes Franciscus Douglas* dictus *Schot*, Mechliniensis, J. U. L., obiit 24 julii 1690, aetatis an. 34.

IX. *Egidius Verhulst*, Mechliniensis, capituli et christianitatis decanus, moritur an. 1694.

X. *Antonius Schuermans*, erat decanus 6 julii 1698, dum solemni ritu ex commissione episcopi Antverpiensis transtulit ex Ginhoven ad sacellum de Sandereygen partem reliquiarum S. Rumoldi. Cfr. De Munck, *Gedenkschriften*, p. 167.

XI. *Petrus Mattens*, Bruxellensis, S. T. B. F., obiit 13 martii 1742.

XII. *Joannes Andreas Schoenman*, seu *Schuman*, obiit circa an. 1764.

XIII. *Petrus Imbrechts*, senior e canonicis electus an. 1764.

XIV. *Joannes Michael Guil. Jos. Verachter*, Antverpiensis, J. U. L., moritur 10 januarii 1781.

XV. *Petrus Josephus Antonius Hanegraef*, Hoogstratanus, qui extincto capitulo secessit Antverpiam, ibique in parochia S. Willibrordi extra muros obiit 1 aprilis 1824, aetatis an. 82.

[1] Vid. *Valerii Andreae Fasti Acad. Lov.*, p. 255.

Digitized by Google

§. IV.

Capitulum S. Jacobi Antverpiae.

Capellam S. Jacobi apostoli anno 1413 consentiente Petro le Alliaco episcopo Cameracensi aedificatam, anno 1477 in ecclesiam parochialem erexit capitulum Antverpiense, prout plenius constat ex iis quae leguntur apud Diercxsens, tom. III, pp. 59 et seqq. Turri novisque aedificiis aucta, praesertim anno 1602 curante Balthazare de Robiano senatore Antverpiensi, pulcherrima reliquarum ecclesiarum parochialium facta est.

Vix in ecclesiam parochialem erecta erat capella S. Jacobi, quum parochiani desiderarent ut in ea, sicut ordinarie fieri solebat in templis parochialibus, decantarentur horae canonicae. In hunc finem Elisabeth Backers, vidua Zigeri Brugels, anno 1481 testamento suo reliquerat libram grossi Brabantiae. Ejus pietatem mox alii imitati sunt, ita ut sufficientes fundationes essent et horae canonicae decantari coeperint in Vigilia Nativitatis anno 1490.

Circa an. 1628 magistri Fabricae operam impendere coeperunt ad obtinendam erectionem capituli canonicorum. Ecclesia enim S. Jacobi post cathedralem in civitate erat primaria tum structura tum numero parochianorum, sed ex temporum malignitate ita in redditibus suis imminuta fuerat ut ordinaria officia divina debuerint suspendi in ecclesiae detrimentum et populi incommodum. Sperabatur ut per capituli erectionem, quum jam plures pii praebendas fundare intenderent, officia divina ad pristinum splendorem reducerentur. Magistri Fabricae rem eo produxerunt ut Isabella, Belgii gubernatrix, die 4 augusti 1628 literas dederit ad episcopum Antverpiensem Joannem Malderum et ad Brabantiae cancellarium Boisschot, quatenus laudabile illud opus promoverent et omne impedimentum tollerent.

Variis de causis dilata erectio tandem anno 1656 effectum habuit, eamque comprobarunt capitulum cathedrale, Antverpien-

Digitized by Google

sis episcopus Ambrosius Capello, summus pontifex Alexander VII et Hispaniarum Rex Philippus IV, quorum diplomata referuntur apud Diercxsens, tom. VII, p. 338 et seqq. et in libello Antverpiae edito an. 1736 typis Jacobi Bernardi Jouret, pagg. 21 in-4°.

Ortam deinde litem inter capitulum cathedrale et capitulum S. Jacobi, ratione tituli *Insignis ecclesiae* et aliarum praerogativarum, quas sibi vindicabant canonici S. Jacobi, diremit Clemens XI per bullam datam sexto nonas octobris an. 1705, qua capitulum denuo confirmatur et ecclesia *in collegiatam insignem* erigitur.

Prima et ex institutione unica dignitas erat decanalis, fundata an. 1656 per nobilem domicellam N. Van Gemert, accedentibus aliorum quorumdam largitionibus. Eligebatur decanus a canonicis, quorum suffragia in calice colligebat episcopus Antverpiensis.

Accessit deinde sub episcopo Joanne Ferdinando de Beughem secunda dignitas, nempe vice-decanalis, quae fundata dicitur per Jacobum Guilielmum Janssens, Antverpiensem, J. U. L., qui vice-decanus obiit 18 januarii 1728. Vice-decanum eligebant etiam canonici, quemadmodum et cantorem quem citata bulla Clementis XI inter dignitates recenset.

In hac ecclesia praebendae canonicales viginti tres institutae fuerunt hoc ordine :

I. Praebenda pastoralis in canonicatum erecta an. 1656.

II. Praebenda fundata et dotata per nobilem virum Nicolaum Rockox, equitem auratum, ad altare S. Dympnae, 25 dec. 1656.

III. Per Michaelem de Backer et Catharinam Hasaert ejus conjugem, 11 octobris 1657.

IV. Per Joannam de Smet viduam domini de Ter Linden-Imbrecht, 5 martii 1658.

V. Per Ambrosium de Heusecomb et Susannam du Bois conjuges, 19 aprilis 1657. Haec praebenda suppressa fuit circa an. 1767 quo ultimus illius possessor Joannes Antonius Balth. Snyers obiit.

Digitized by Google

VI. Per Michaelem Van Tichelt, 25 decembris 1656.

VII. Per nobilem virum Jacobum Antonium Carenna, toparam in Swyndrecht et Borght, ejusque conjugem Mariam Annam, ad altare S. Caroli Borromaei in sacello ab ipsis erecto, julii 1657. Haec praebenda postea aucta est per eorum nepotes Joannem Franciscum et Jacobum Dominicum Carenna, dictae praebendae possessores.

VIII. Per Joannem Baptistam Huaert et illius conjugem Claram Vysheuvels, 6 aug. 1657.

IX. Per Joannem et Martinum Mendez, eorumque sororem Catharinam Mendez, 18 decembris 1657.

X. Per Jacobum Bollaert et Susannam de San-Estevan conjuges, 28 jan. 1658.

XI. Per Ludovicum de Lannoy, ejusdem ecclesiae canonicum et praebendae illius primum possessorem, 16 februarii 1661. Obiit in Broechem 26 julii 1691.

XII. Per Arnoldum Van Horenbeeck, 7 feb. 1680.

XIII. Per Franciscum Lopez-Franco-y-Feo, toparcham de Montich, et ejus conjugem Mariam Annam Franco, ad altare Visitationis B. M. V., in sacello ab illorum avunculo Francisco Lopez Franco erecto, 14 martii 1681.

XIV. Per Henricum Hillerwerve, toparcham de Heyns et Veert, ad summum altare ab eo singulari munificentia erectum, 9 aug. 1681.

XV. Per domicellam Mariam Theresiam Peeters, 14 aug. 1690.

XVI. Per Jacobum de Backer, 24 dec. 1691; aucta deinde per canonicum Franciscum Vinck.

XVII. Per Joannem Vequemans canonicum et Magistros fabricae, 4 decembris 1691.

XVIII. Per Hieronymum Brugemans, ecclesiae decanum, una cum canonico Guilielmo Jacobo Janssens, 15 febr. 1692.

XIX. Per Adrianum et Michaëlem Borrekens et Egidium Antonium Chrestien, 24 decembris 1693.

Digitized by Google

XX. Per Isabellam Claram de la Faille, filiam devotam, 14 julii 1698.

XXI. Per nobilem virum Henricum de Clerck, 23 maii 1701.

XXII. Per eumdem Henricum de Clerck ejusque conjugem Luciam Fredrickx, 26 junii 1703.

XXIII. Per Arnoldum Thysens canonicum, an. 1706; verum haec praebenda ad effectum tantum venit post quadraginta annos, scilicet anno 1756 quando die 26 maii installatus est primus possessor Ludovicus Franciscus Eugenius Wouters, Antverpiensis, J. U. L.

Series decanorum.

I. *Franciscus Van den Bossche*, Antverpiensis, S. T. B. F., ex pastore parochialis ecclesiae S. Jacobi primus capituli decanus an. 1656, moritur 19 nov. 1674.

II. *Franciscus de Wolf*, Antverpiensis, S. T. B. F., electus 11 aprilis 1674, decanatus possessionem accepit 26 junii 1680, quo anno obiit die 22 junii.

III. *Hieronymus Brugemans*, Antverpiensis, J. U. L., ex vicedecano ad decanatum promotus 6 nov. 1680. Obiit 24 junii 1700. Fundavit praebendam decimam octavam, ut supra legitur.

IV. *Sebastianus Franciscus de Faria*, Antverpiensis, decanus electus 1 julii 1700, moritur 17 decembris 1735. Capitulum cathedrale aegre tulit hoc tempore canonicos S. Jacobi sibi jus arrogasse administrandi exeuntium sacramenta suo decano, eumque ecclesiasticae sepulturae mandasse nullo cathedralis capituli consensu requisito, quod contrarium censebatur conditionibus in ipsa capituli S. Jacobi institutione stabilitis. Prodiit itaque 19 decembris 1735 protestatio ex parte capituli cathedralis, quae refertur in citato libello an. 1736 Antverpiae edito pag. 2. Complectitur libellus documenta quae spectant ad institutionem capituli et pontificiam confirmationem an. 1705, eaque typis excusa dicuntur « ut, quemadmodum in ipso titulo » legitur, aequus quisque judex et arbiter videat et intelligat

Digitized by Google

» jura quae competunt matrici ecclesiae cathedrali Antverpiensi, » et num hac tempestate illa jure merito conqueri posset cum » Isaia propheta (cap. 1, v. 2) : *Filios enutrivi et exaltavi, ipsi » autem spreverunt me.* »

V. *Joannes Baptista Van der Staack*, Sylvaeducensis, S. T. L., decanatus possessionem adiit 12 maii 1736. Obiit 30 nov. 1751, aetatis an. 65.

VI. *Joannes Bapt. Van Gerwen*, ex Mortsel prope Antverpiam, installatus 13 februarii 1752, obiit 14 martii 1774.

VII. *Petrus Josephus Le Begge*, Antverpiensis, installatus 26 martii 1774, obiit 2 junii 1782.

VIII. *Joannes Bapt. Alexander Corn. Laenen*, Antverpiensis, S. T. L., professor seminarii episcopalis, decanus 20 junii 1785, moritur 13 octobris 1793.

IX. *Josephus Antonius Franciscus Bartels*, Antverpiensis, ultimus capituli decanus, electus 8 novembris 1793, obiit 18 aprilis 1821.

§. V.

Capitulum B. Mariae Virginis Bredae.

Bredam ejusque territorium olim tenuit Godefridus toparcha circa an. 1212. Ejus filius Henricus uxorem duxit Sophiam de Berthout. Quum hic sine liberis obiisset, dominium Bredanum devenit ad ejus sororem Elisabetham, quae nupsit Arnoldo de Lovanio, Gaesbekae domino. Horum filia Aleydis Rasoni de Gavera, Liedekerkae domino, Bredanum dominium in dotem attulit. Rasoni successit Philippus filius, anno 1324 vita functus; Philippo autem Adelisa, uxor Gerardi Rassegemii, quae anno 1326 dominium suum vendidit Brabantiae duci Joanni III. Hic Bredam iterum vendidit, scilicet Joanni Polano, Leckae domino, per cujus filiam Joannam Polanam, quae Engelbertum Nassovium maritum habuit, ad Nassoviorum familiam devenit.

Parochialis ac primaria ecclesia Bredana, quae ante novorum

Digitized by Google

episcopatuum erectionem dioecesi Leodiensi suberat, originem suam veteribus Bredae dynastis refert. Eam nova chori structura an. 1410 complevit Engelbertus Nassovius. Praeter S. Barbaram, quae patrona secundaria erat, patronam tutelarem agnoscebat B. Mariam Virginem.

In hac ecclesia anno 1303 fundatum est capitulum tredecim canonicorum cum decano per Jacobum Consey presbyterum, *Investitum* seu pastorem *de Gilse*, *decanum concilii Bekensis*, seu decanatus ruralis Hilvarebekensis archipresbyterum. Fundationis diploma legitur apud Miræum, tom. I, p. 444.

Capitulum novis fundationibus auxit Raso de Gavera, Bredae dominus, anno 1312 vita functus. Fundationis diplomate cautum erat ut praebendarum omnium collatio spectaret ad dominum de Breda, ecclesiae patronum; atque ita collatio illa penes principes Nassovios permansit usque ad capituli extinctionem, quae facta est anno 1637 [1], occupata armis Foederatorum Belgii Ordinum urbe Bredana, proscripto avitae religionis exercitio et translatis ad haereticos catholicorum templis.

A capitulo eligebatur decanus, confirmandus ab episcopo Leodiensi. Decanus cum capitulo conferebat capellanias, regimen scholarum et alia ecclesiae officia.

Magna olim in illa ecclesia erat veneratio tum erga venerabile SS. Eucharistiae Sacramentum, quod ab anno 1300 variis miraculis inclaruit, tum erga S. Crucem pariter miraculosam. Cfr. Wichmans, *Brabant. Marian.* p. 540.

Series decanorum.

I. *Henricus de Grusere* primus decanus a fundatore constitutus an 1303.

II. *Bonifacius.*

[1] De collationibus praebendarum an. 1582 a Guilielmo Auriaco principe factis mentio est in epistola Guilielmi Pamelii ad Joannem a Streyen, episcopum Middelburgensem, apud Miraeum, tom. III, p. 489.

Digitized by Google

III. *Guilielmus.*

IV. *Sigebertus de Beka*, obiit 1340.

V. *Reynerus de Valle*, canonicus Bredanus et capituli decanus circa an. 1350, quam dignitatem resignavit, assumpto habitu regulari apud canonicos Viridis Vallis, quos per annos viginti septem praepositus rexit. Obiit in provecta aetate anno 1401 vel, ut aliis placet, anno 1409.

VI. *Egidius de Rivo*, moritur an. 1398.

VII. *Guilielmus Fortis*, alias *Stercken*, obiit 1401.

VIII. *Henricus de Bye*, erat decanus anno 1401.

IX. *Hugo*, an. 1420.

X. *Joannes Vander Venne*, an. 1423.

XI. *Carolus Oudaert*, an. 1461.

XII. *Raso Voecht*, an. 1492.

XIII. *Guilielmus de Gaellen*, Bredanus, obiit an. 1529. Fuit ab an. 1518 plebanus D. Gudulae Bruxellis.

XIV. *Hieronymus de Blyoul*, Bruxellensis, filius Ludovici militis, domini de Sarto, secretarii sanctioris concilii et ordinis Aurei Velleris. Anno 1539 Lovanii juris utriusque doctor renunciatus, bis Academiae rector, canonicus ad S. Petrum, decanus Bredanus, obiit 22 aprilis 1556.

XV. *Balthazar Masschereel*, filius senescalli territorii Bredani, obiit 1559.

XVI. *Antonius Vaillant*, moritur circa an. 1570.

XVII. *Gerardus Vleminex*, bursarum aliquot fundator Lovanii, obiit an. 1591.

XVIII. *Cornelius Wortel*, Antverpiensis, S. T. L., an. 1607 Breda ab haereticis pulsus, moritur plebanus D. Gudulae Bruxellis die 22 augusti 1622. Exstat illius epitaphium in *Basilica Brux.* part. II, p. 23.

XIX. *David a Mauden*, Antverpiensis, J. U. L., ultimus capituli decanus, obiit pastor ecclesiae B. M. V. Bruxellis die 8 aprilis 1641. De viri doctissimi vita et scriptis vid. *Biblioth. Belg.* t. I, p. 230.

Digitized by Google

§. VI.

Capitulum S. Gertrudis Bergizomae.

Bergam ad Zomam seu Bergizomam, sic dictam a fluviolo oppidum interfluente, ad S. Gertrudis Nivellensis abbatissae haereditatem pertinuisse constans est traditio, quam firmat diploma imperatoris Ottonis I datum anno 966 [1].

In ecclesia eidem S. Gertrudi dicata collegium octo canonicorum cum decano an. 1442 instituit Bergarum dominus Joannes Brabantiae, dictus de Glymes, qui patrem habuit Joannem filium naturalem Joannis III ducis Brabantiae. Fundationem pontificio diplomate confirmavit Eugenius IV [2], qui antiquas ecclesiae capellanias convertit in canonicatus, e quibus jure patronatus duo ad collationem abbatissae Nivellensis, caeteri vero ad collationem domini Bergizomensis spectabant.

Jus illud patronatus familiae dominorum Bergizomensium etiam asseruit Pius II in literis datis Mantuae an. 1459 [3].

Anno 1508, cardinalis de Carvajal, legatus apostolicus in Belgio, in eadem ecclesia erigi constituit duas novas capellanias pro musicis, quas Dominus Bergizomensis dotaverat [4]. Et anno 1519, Leo X convertit tres capellanias in tres canonicatus, qui vulgo dicebantur *Cuperiani* a suo fundatore Lamberto Cuypers illius ecclesiae canonico [5].

Marchione Antonio de Glymes anno 1567 in Hispania defuncto, Foederati Belgii Ordines Bergizomam sibi asseruerunt, et extincto capitulo canonicos et caeteros omnes ecclesiasticos ex

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 654.
[2] Exstat apud eumdem, tom. IV, p. 63.
[3] Ibid. tom. IV, p. 71.
[4] Ibid. tom. IV, p. 87.
[5] Ibid. tom. IV, p. 104.

Digitized by Google

pido ejecerunt. Praebendae canonicales, quarum amplissimi ınt redditus, viris acatholicis postmodum collatae sunt.

Praeter *Wilhelmum Braen*, an. 1470 et 1476 decanum, ut ıstat ex diplomate apud Miraeum, tom. IV, p. 623 et 624, *Jacon de Rheno*, in Universitate Lovaniensi decretorum doctorem no 1519 defunctum, et *Antonium de Bergis*, de quo inter canos Lyranos dictum est, vix alii decani nobis innotuerunt, eo ut integram eorum seriem describere non licuerit. Ultimus pituli decanus fuit *Henricus Costerius*, vulgo *de Coster*, vicebanus cathedralis ecclesiae Antverpiensis, in qua possidebat rsonatum de Heyst-op-den-Berg, quod beneficium post ipsius ortem an. 1618 unitum fuit archipresbyteratui, ut supra g. 154, dictum est. De Costerii, quem immoderati animi homim fuisse constat, fatis et scriptis vide Paquot, *Mém.* tom. XI, 222, et *Synod. Belg.* tom. I, p. 293.

§. VII.

Ecclesia S. Waldetrudis Herendalii in qua olim erectum fuit capitulum.

Herendalium primarium quondam Campiniae Brabantinae opidum, anno 1209 muris cinctum est ab Henrico I Brabantiae uce, ut patet ex pacto inter eumdem principem et nobilium irginum collegium S. Waldetrudis Montibus Hannoniae, super xtructione ejusdem oppidi seu Burgesiae inito [1]. Oppidum quiem ab antiquo in multis suberat illi canonicarum collegio, quae oidem villicum seu praefectum justitiae vel praetorem, nec non cabinos et alios officiales constituebant.

Ecclesia, S. Waldetrudi sacra, anno 1417 crescentibus cleri t oppidi rebus reaedificari coepit, et insigni choro anno 1449 ucta est. De illius patronatu qui ad praefatas canonicas Hanno-

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 197.

Digitized by Google

Montanas olim pertinuit ratione decimarum quas usque ad finem saeculi decimi octavi hoc in loco perceperunt, ita deinde dispositum fuit, ut semel ad episcopum Antverpiensem, duabus vero sequentibus vicibus ad praesentationem comitis Hoogstratani spectaret.

In hac ecclesia Petrus de Andrea, episcopus Cameracensis, erexit collegium canonicorum literis datis die I martii 1366, quas Wenceslaum et Joannam Brabantiae duces probasse fertur. Qua vero de causa illarum literarum executio seu capituli erectio neglecta fuerit, nullo certo argumento constat; id solum liquet, scilicet aetate longe posteriori personatum Herendaliensem unitum fuisse collegio capellanorum seu canonicorum Hoogstratano, eoque titulo jus patronatus devenisse ad episcopum Antverpiensem et ad comitem Hoogstratanum, ut mox dictum est.

CAPUT III.

DE ABBATIIS.

---

§. I.

Abbatia S. Bernardi ad Schaldim.

Monasterium B. Mariae Loci S. Bernardi ad Schaldim ordinis Cisterciensis secundo ab Antverpia lapide situm, initia sua debet Henrico I, Lotharingiae duci, qui anno 1233 in festo S. Bernardi villam *Westmalle* tertio lapide a Lyra, cum omni allodio ad eamdem pertinente, et quidquid ibidem sui juris erat in decimis, pratis, aquis, pascuis, sylvis, et sylva totali, quae vocatur *Hoodonck*, cum omnibus pertinentiis suis, contulit in manus Wilhelmi abbatis Villariensis ad construendum monas-

Digitized by Google

erium monachorum ordinis Cisterciensis [1]. Attamen nec illic, eque hoc anno aedificari coeptum est, sed in vico *Vremde* uno nilliari a Lyra, fundum praebente Egidio Bertoldo, Egidii et atharinae filio, Berlariae domino, an. 1235 feria tertia ante urificationem B. M. V. ea conditione adjecta, ut non aliunde, uam e Villariensi monasterio conventus ille sumeretur [2]. Et erte an. 1237 inde ad hunc locnm Hugo primus abbas cum uodecim monachis advenit; sed hic brevi tempore permansit. uum enim anno 1243 a Goswino Bock milite dictus conventus otum feodum *de Hemixem* titulo emptionis acquisivisset, proante Henrico Brabantiae duce, initum est consilium huc abbaiam transferendi, omnibus, quorum intererat, consentientibus, Waltero scilicet Bertoldo, Egidii consanguineo, an. 1244 Henici Brabantiae ducis et amicorum precibus inclinato, ipso Henrico per se an. 1245 mense septembri, Hugone pastore *in Hemixem* eodem anno, feria tertia post *Invocavit me*, ac denique Guiardo de Lauduno episcopo Cameracensi et Nicolao de Fontanis ejusdem successore an. 1251 in vigilia divisionis Apostolorum, id est 16 julii. Haec autem omnia constant ex chartis singulorum editis tum in nova operum Miraei editione, tum in archidiaconi Foppens historia episcopatus Antverpiensis. Itaque an. 1246 ex vico *Vremde* monachi transmigrarunt ad *Hemixem*, ubi celebre undequaque monasterium variis romanorum pontificum, principum ac benefactorum privilegiis et donationibus auctum perseveravit usque ad finem saeculi XVIII.

Abbas S. Bernardi in sex virginum ejusdem ordinis abbatias dominio gaudebat spirituali; nimirum in B. Mariam de Vinea Lovanii, Vallem Rosarum juxta Mechliniam, B. Mariam de Nazareth prope Lyram, Swyvickam juxta Teneramundam, Vallem S. Bernardi prope Disthemium, et Sparmaliam Brugis. Cetera de abbatiae fatis prosequemur in abbatum historiae decursu.

[1] Vid. Miræi *Dipl. Belg.* t. I, p. 578.
[2] Ibid. t. I, p. 115.

Digitized by Google

Series abbatum.

I. *Hugo*, e Villario sumptus, obiit an. 1243, postquam eodem anno, inquit Jongelinus, feodum *de Hemixem* pretio comparaverat.

II. *Goswinus Dryeman* an. 1246 idibus Januarii a loco, qui *Vremde* dicitur, abbatiam transtulit in parochiam de *Hemixem*, in ripa Schaldis. Decessit an. 1248.

III. *Balduinus*, e Dunensi monasterio accitus, mortem oppetiit an. 1254 VI nonas martii.

IV. *Guilielmus*, ex eadem abbatia Dunensi evocatus, vivere desiit an. 1259.

V. *Arnoldus de Ghestele* monachus Villariensis postulatur in abbatem Loci S. Bernardi anno 1259, tum repetitur in Villariensem anno 1266[1]; sed quum tunc eam inire dignitatem recusasset, utraque privatus est per abbatem Claraevallensem, prioratus officio ei solum relicto in abbatia Loci S. Bernardi, donec an. 1271 iterum abbas Villariensis electus, oneri collum submisit.

VI. *Guilielmus de Diepenbeke* ex priore abbas renuntiatus, obiisse dicitur post decem annos regiminis, aliis 1272 die 2 novembris, aliis 1276, prout scilicet varie ducitur ejus initium dignitatis.

VII. *Henricus de Melsbroeck*, ex priore Villariensi creatus abbas Loci S. Bernardi, rexisse fertur annos circiter 25, initio ducto ab an. 1273; pauciores vero, si ducatur ab an. 1276. Obiit enim XII cal. apr. an. 1296, ad quam diem vide Menologium Cisterc. Sane interim hoc ipso an. 1296 a Joanne I Brabantiae duce legatione in Angliam cohonestatus est ad matrimonium inter filium ducis et filiam regis conciliandum; idemque circiter

[1] Alii dicunt 1261; sed neutro tempore vacua erat sedes, nisi forte qui tunc praeerat abbas cedere volebat.

Digitized by Google

ınum 1293 Villariensis abbas a nonnullis electus est, sed alter ılmam sustulit, ut refert hist. monasterii Villar. apud Martene, ım. III Anecdot. col. 1296.

VIII. *Jacobus de Waelhem* abbatem egit ab anno 1296 ad 303, superstes an. 1308, quo defunctus est, die SS. Johannis et auli martyrum.

IX. *Raduardus de Mechlinia* reperitur anno 1303 in tabu-ırio Rosariensi; sub quod tempus eum sui testamenti exsecu-ırem elegit Arnoldus de Zellaer scholasticus Mechliniensis, ıonasterii benefactor. Tum anno 1308 factus est abbas Villa-ensis, ac tandem post tres annos cessit, et ad propriam domum ;versus est.

X. *Henricus de Pulle* obiit anno 1311 die 1 febr.

XI. *Raduardus de Mechlinia* iterum abbas Loci S. Bernardi, biit eodem anno 1311 in capitulo generali Cisterciensi, ut abetur ex epitaphio quod ei appositum est ante capitulum, his erbis : *Hic jacet D. Raduardus quondam abbas Loci S. Ber-ıardi in Brabantia, oriundus de Mechlinia, qui obiit anno Do-ıini 1311 in Exaltatione S. Crucis. Requiescat in pace.* Legit ongelinus *pridie Exaltationis S. Crucis*, levi quidem errore; ed gravius errat, qui Raduardi mortem consignat anno 1315 uctor Historiae episcopatus Antverp.

XII. *Joannes de Malre*, S. T. B., electus abbas Loci S. Bernardi ın. 1311, ac Villariensis 1315, obiit in abbatia Claraevallensi ın. 1317, v cal. aprilis.

XIII. *Guilielmus Speliaert* reperitur abbas S. Bernardi anno 1319 die 12 maii; omittitur in editis catalogis, sed inter abbates Bodeloënses recensetur a Chrysostomo Henriquez in *Fasciculo SS. ord. Cisterc.* pag. 449.

XIV. *Joannes de Steenberghe*, jure an merito inductus ab auc-tore historiae episcopatus Antverp. obiisse dicitur an. 13..... Omittitur a Jongelino, qui sequentem electum dicit an. 1315.

XV. *Henricus Banaert* seu *Baniaert* et *Bernaet*, alias *Bal-part*, decessit an. 13..... in festo S. Stephani protomartyris. Sub

Digitized by Google

cujus regimine an 1331 Joannes III Brabantiae dux primum ecclesiae novae lapidem posuit.

XVI. *Goswinus Rym* immeritus cedere cogitur ante obitum, qui contigit VI januarii anno 1353, ex Menologio Cisterc. ubi vide, *al.* 1358.

XVII. *Guilielmus de Mortere* Loci S. Bernardi monachus, favore ducis Brabantiae Joannis III, non electione canonica, in damnum decessoris adhuc viventis subrogatus, statim eo mortuo duce an. 1355 vel an. 1360 a regimine deturbatur. Obiit. an. 1376, cal. martii.

XVIII. *Joannes de Wesele* seu *de Weyele* an. 1378 se munificum praebuit erga Carthusiam de Zeelhem. Is autem est profecto Joannes, qui an. 1369 die 3 aprilis adfuit translationi reliquiarum S. Rumoldi patroni ecclesiae Mechliniensis. Moritur an. 13... die B. Mariae Magdalenae.

XIX. *Jordanus de Aerschot* obiit an. 1390 die 5 octobris.

XX. *Joannes de Turnhaut* e vivis excessit die 5 octob. an 1397.

XXI. *Petrus de Santvliet* memoratur anno 1415, in pacto unionis Brabantos inter et Limburgenses. Hic a Jongelino propter imperitiam in rebus temporalibus amotus dicitur. Obiit autem IV cal. nov. an. 1426.

XXII. *Petrus de Gorichem* antea cellerarius, defecit an. 1431 V idus aprilis.

XXIII. *Petrus de Breda*, sacellanus decessoris et secretorum conscius, in historia S. Salvatoris Antverpiensis a Sandero conscripta adfuisse legitur funebri pompae nobilis viri Petri Pot fundatoris sancti Salvatoris Antverpiensis et manuductor exstitisse primogeniti fundatoris anno 1450. Proindeque error typographicus irrepsisse dicendus est in anno mortis hujus abbatis, notato 1431 in Historia episcopatus Antverp., legendumque est 1451, vel potius 1453 die 16 aprilis, uti legitur apud Jongelinum.

XXIV. *Gerardus de Donck* vel *de Dunis*, S. T. B., electus 1453

Digitized by Google

l die aprilis, cessit an. 1468, obiitque 1473 pridie idus
:tobris.

XXV. *Martinus Blyleven* an. 1480, indictione XIII, die X apri-
s Mechliniae praesens fuit cum Francisco Villariensi, Livino
: Bodeloa et aliis abbatibus ostensioni reliquiarum S. Rumoldi.
lem an. 1490 usum mitrae et caeterorum pontificalium sibi suis-
ıe successoribus impetravit. Diem supremum obiit an 1498.

XXVI. *Rumoldus de Eppegem* natus de Nyelen vel Nylen,
bbas ex coadjutore, Lyrae mortem oppetiit 22 aug. an 1504.

XXVII. *Joannes Gros*, dictus alibi *Guilielmus*, electus die
sto S. Bartholomaei, fatis concessit an 1506, X cal. martii. Sex
imen annis eum praefuisse tradit Henriquez in *Fasciculo sanc-
orum ordinis Cisterciensis*, p. 455, lib. 2, dist. 40.

XXVIII. *Petrus Cops* vel *Coels* ex cellerario abbas, Marcum
e *Cogyt* vel *Cruyt* obtinuisse dicitur in coadjutorem bulla data
julii anno 1517. Obiit autem Petrus Cops an. 1518, die
S. Prothi et Hyacinthi, optimi pastoris laude commendatus.

XXIX. *Marcus Cruyt*, S. T. B., quem vocat Petrum auctor
listoriae episcopatus Antverp., primus a Carolo V ad abbatiam
ominatus fuit, quum antea jus eligendi abbatem penes mona-
hos fuisset. Hic vero tantam insigni sua eloquentia famam
ssecutus est, ut nomine Caroli V Romanorum imperatoris ac
ucis Brabantiae apud regem Daniae legatum egerit. Denique
xstinctus est an. 1536, pridie idus febr.

XXX. *Jacobus Vander Meeren* seu *de Mera* ex illustri Mera-
iorum prosapia genitus, S. T. B., e quatuor a decessore obtentis
oadjutoribus eligitur abbas 15 febr. ejusdem anni; ipsoque die
inni 1545 quandam reformationem induxit, vir omnimode sus-
piciendus. Idem anno circiter 1550 pretiosissima emisse dicitur
ornamenta ab Anglis ob schisma regium proscriptis, ut legitur
n historia edita Camberonensis abbatiae. Obiit vero 17 novemb.
in. 1559, aetatis suae 59. Deinde vacavit sedes abbatialis annis
ere quinque, duobus interea prioribus Johanne Swems et Ber-
ıardo Hovio monasterii curam habentibus. Tunc scilicet ageba-

Digitized by Google

tur de mensa abbatiali novo episcopatui Antverpiensi unienda[1]. Verumtamen indignantes monachi abbatem sibi commendatarium imponi, seu qui de suo gremio non esset, nullum non moverunt lapidem, ut onus hoc a se amoverent. Ac primo quidem rebus in Belgio valde turbatis, facultatem obtinuere an. 1562 novum sibi abbatem deligendi.

XXXI. *Thomas Van Thielt*, monasterii professus et pastor in pago de Oudenbosch, suffragiorum pluralitate ad abbatiale munus assumptus est, tum benedictus biennio post, ac in possessionem immissus postridie natalis B. Mariae. Ordinum Brabantiae comitia mox frequentavit; sed ejus electio Romae probata non fuit. Postea oblitus vocationis suae, quin et derelicta fide majorum suorum, primo in Cliviensem patriam transfugit, ducta uxore Joanna van Waveren nobili domicella; ac postmodum novellae religionis seu haereticae pravitatis minister fuit Harlemii, deindeque Delphis Batavorum, ubi extremum diem obiit circa 1568, sub amplo epitaphio ante cathedram majoris ecclesiae tumulatus; cui viventi Ordines Foederati Belgii majorem bonorum abbatiae S. Bernardi partem, quae fisco suo addixerant, concessere[2]. Interim post discessum Thomae, praefecto in spiritualibus Joanne Croke priore, laboratum est pro erectione episcopatus Antverpiensis, quam totis viribus impedire conabantur monachi, sed frustra. Etenim postquam vacavit sedes abbatialis annis duobus et octo mensibus.

XXXII. *Franciscus Sonnius* tanquam primus Antverpiensium episcopus, primusque Loci sancti Bernardi commendatarius abbas, suo nomine possessionem abbatiae capi curavit die 27 aprilis an. 1570, statimque praepositum regularem constituit. Post obitum Sonnii, qui contigit anno 1576, praevalentibus in Belgio haereticorum ac rebellantium factionibus, Ordines Belgii constitutas abbatiarum uniones resciderunt. Atque ita deputatis ad

[1] Vid. supra p. 26 et seqq.

[2] Cfr. Van de Velde, *Synops. monum.* t. I, p. 78.

Digitized by Google

monasterium S. Bernardi commissariis, collectisque suffragiis,

XXXIII. *Joannes Vander Noot*, e nobilioribus Brabantiae familiis, hujus loci monachus professus, anno aetatis 31 in abbatem cooptatus est, quem mox dux Arschotanus cum magna nobilium pompa ad monasterium veniens in possessionem induxit die 28 januarii an. 1578. Idem memoratur an. 1582 in Historia Camberonensis abbatiae, ubi et an. 1585, tanquam inutilis, submotus dicitur ab abbate Camberonensi, ex commissione gubernatoris Parmensis, nuda illi temporalium administratione servata, cui tunc in spiritualibus substitutus est Ambrosius Vanden Driesche prior ejusdem loci, vir pius et eruditus. Joannes autem Vander Noot paulo post obitum Laevini Torrentii, qui sequitur, ex equo lapsus interiit; cui in administratione successit D. Levinus de Smidt, tunc pastor in Hoevis et decanus Christianitatis.

XXXIV. *Laevinus Torrentius*, secundus episcopus Antverp. successit an. 1587 ad annum 1595, quo defunctus est [1].

XXXV. *Guilielmus de Berghes* decanus ecclesiae Leodiensis, deinde tertius Antverpensis episcopus an. 1597, demum ad sedem Cameracensem traducitur an. 1601 [2].

XXXVI. *Joannes Miraeus*, quartus episcopus Antverp. an. 1604, obiit an. 1611 die 12 januarii.

XXXVII. *Joannes Malderus*, quintus episc. Antverpiensis, monasterium miseranda civilium bellorum tempestate exustum an. 1582 reaedificavit an. 1616, tumque monachi diutius profugi ad locum suum redierunt numero tredecim, qui hisce temporibus aucti sunt ad sexaginta. Mortuus est an. 1633.

XXXVIII. *Gaspar Nemius*, sextus episc. Antverpiensis, deinde ad archiepisc. Cameracensem translatus an. 1651, sub quo abbate commendatario separata fuit abbatia ab episcopatu, ac denuo regulares abbates accepit. Concepta quidem erat haec separatio jam anno 1636 monachis medietatem bonorum suorum

[1] Vid. supra, pp. 36 et 37.
[2] Vid. supra, p. 45.

Digitized by Google

episcopatui Antverpiensi in dotem assignantibus, altera retenta; sed non nisi anno 1649 sub eodem praesule effectum sortita fuit [1].

XXXIX. *Judocus Gillis* natus in Puers, S. T. L., ex priore in abbatem benedicitur anno 1649, calendis octobris. Hic ordinis Cisterciensis per Belgium vicarius generalis die 22 maii anno 1655 Bibliothecam scriptorum ordinis Cisterciensis calculo suo comprobavit. Viam universae carnis ingressus est anno 1660 die 25 febr., aetatis 66, profess. 45, dignitatis 11. Ipsius vita prolixe enarratur apud Sanderum, *Brab. illust.* tom. I, p. 498.

XL. *Joannes Van Heymissem*, antea lector, e vita migravit an. 1678, hoc epitaphio donatus : *Hic requiescit a laboribus suis reverendus admodum ac amplissimus D. D. Joannes ab Heymissem abbas XXX* (lege *XL*) *loci hujus, vir in omni virtute, scientia et dignitate sua modestissimus. Decessit* 6 *octobris an.* 1678, *aetatis suae* 57, *praelaturae* 15, *quem aedium sacrarum incendio* [2], *variisque temporum casibus probatum, Deo, pie lector, commenda. R. I. P.*

XLI. *Antonius Van Spanoghe*, Teneramundanus, sacrae theologiae lector et provisor domus, ac deinde abbas, obiit Antverpiae 21 septembris 1716. In Historia episcopatus Antverp. legitur 1707.

XLII. *Cornelius Adriaensens*, Hooghstratanus electus 17 martii an. 1716, eodem anno die 16 octobris confirmatur ab Imperatore. Inde refugii Antverp. possessionem accepit 27 dec., tum vero benedictionem 6 jan. 1717 ab episc. Antverp. solemni pompa susceptus in abbatia 9 jan. ac postridie in possessionem inductus. Obiit 4 dec. 1721, aetatis anno 70.

XLIII. *Gerardus Rubens*, pastor in Gastel, eligitur 31 jan. 1722, confirmatur ab Imperatore 5 julii, solemniter suscipitur 22 aug. ac tandem benedicitur 23 ejusdem mensis et anni ab

[1] Vid. supra p. 62 et 63.

[2] Anno 1672 mense septembri igne fortuito monasterium cum ecclesia ejusque ornamentis consumptum fuit, sed pleraque mox splendidiore forma quam ante reparata fuerunt.

Digitized by Google

bbate Villariensi, assistentibus Baudeloënsi et Grimbergensi. Obiit 21 januarii 1736.

XLIV. *Joannes Bruyndonckx*, ex Berlaer, philosophiae alumnus in paedagogio Falconis Lovanii, abbatiam ingressus in professione Norbertus dictus est. Ex priore per annos viginti duos unanimi suffragiorum calculo in abbatem electus, ab imperatrice Maria Theresia ad hanc dignitatem nominatus installatus est die 1 julii 1770. Praesul regularis disciplinae zelator assiduus obiit Antverpiae in refugio abbatiae suae die 22 julii 1780.

XLV. *Cornelius Neefs*, natus in Contich 19 januarii 1741, an. 1760 Lovanii promotus in Artibus, die 11 julii 1762 monasticam professionem fecit, dictus Benedictus. Abbatiae provisor existens, abbas nominatus est mense januario 1781, die 30 aprilis ejusdem anni installatus. Obiit 7 nov. 1790.

XLVI. *Raphael Seghers*, ex priore in abbatem assumptus, obiit in Merchtem, natali loco, die 31 augusti an. 1810, aetatis suae 65. Praesul dignissimus superstes itaque vixit spoliationi ac destructioni abbatiae cujus aedificia, dominantibus Gallis, primum in classiariorum hospitium et deinde in publicum provinciae carcerem conversa fuerunt. Ipsa autem abbatia, e cineribus suis rediviva, nuper coaluit Bornhemii in veteri Fratrum Praedicatorum Anglorum monasterio, ubi Cisterciensis ordinis disciplina denuo viget sub hodierno superiore J. Van Ommeren.

§. II.

Abbatia S. Salvatoris Antverpiae.

Haec abbatia Cisterciensis ordinis fuit olim nudum sacellum ad plateam vulgo *de Munster-straete* juxta Schaldim positam, vulgo *Peer-Pot-straet* deinde dictam. Pervenit autem ad statum monasterii beneficio nobilis viri Petri Pot equitis aurati, toparchae de Bautersem, etc. et ipsius conjugis Mariae Terrebroots, qui pro dote trecentos quinquaginta florenos Rhenen-

Digitized by Google

ses et aliquot census siliginis an. 1433 liberaliter contulerunt. Verum cujus ordinis seu instituti fuerunt, qui primi ad incolendum hunc locum vocati sunt, inquiritur. Clericos fuisse, vulgariter dictos fratres Hieronymianos legimus in Historia episcopatus Antverp., neque prius iisdem substitutos esse Cistercienses quam dictorum fratrum prior seu rector Andreas de Elborgh sacerdos mortuus est an. 1444 die S. Lamberti. Et quidem hanc sententiam secuti videntur, qui loci fundationem in annum 1446 *vel* 1447 differunt, quos vel excusat Sanderus ad mentem Jongelini, quasi quod aiunt de fundatione intelligendum sit de coenobii perfectione (tradit autem Jongelinus fundari coeptum an. 1433 et absolutum 1447); vel idem Sanderus una triplici telo configit omnes. Primum est pontificium diploma Eugenii IV, fundatoris precibus datum an. 1432, 4 cal. septemb. pontificatus anno 2, quod per literas apostolicas executioni mandatum anno sequente legitur per officialem Leodiensem commissarium in hac parte a Sede Apostolica specialiter deputatum. Secundum est hujus monasterii ad ordinem Cisterciensem accessio, approbatio, confirmatio et communicatio privilegiorum facta per Guilielmum (*lege* Joannem) Cistercii abbatem generalem an. 1433, 7 cal. decemb. Tertium denique non minus validum, quanquam novissimum, instrumentum est Claudii Vaussin abbatis Cisterciensis, quo monasterium S. Salvatoris in abbatiam erigit an. 1652. *Quum igitur*, inquit, *prioratus S. Salvatoris praefati ordinis nostri in urbe Antverpiensi fundatus anno Domini* 1433 *a generoso piae memoriae domino Petro Pot equite aurato, ad haec usque tempora sub regulari nostri instituti observantia permanserit, etc.* [1].

Caeterum pius fundator, annuente, ut diximus, Eugenio IV papa, necnon Philippo Bono Burgundiae ac Brabantiae duce, accivit octo monachos et quatuor conversos ex prioratu B.

[1] Cfr. Miraei *Diplom. Belg.*, tom. I, p. 630; Diercxsens, tom. II, p. 233, et tom. VI, p. 254, et Sanderi *Brab. illustr.* tom. I, p. 504.

Digitized by Google

Mariae de Yselstein apud Batavos, novumque coenobium subdidit visitationi abbatis Veteris-campi dioecesis Coloniensis juxta Rhenobergam [1].

Series priorum.

I. *Petrus de Catwyck* nobilis Batavus ex monasterio Yselsteniensi assumptus, defunctum an. 1450 die 20 aug. coenobii fundatorem ingenti apparatu in sua sepelivit ecclesia per manus Henrici abbatis Campensis, per se vero fundatricem 1459, Walterum Pot equitem alterum filium fundatorum 1464, et Joannem Pot primogenitum an. 1468. Denique ipsemet Petrus obiit non anno 1474, uti legitur in Historia memorata episcopatus Antverpiensis, sed 1476 in profesto Omnium SS., postquam 27 annis praefuerat, tribusque ante obitum cesserat, ut habet ipsius epitaphium apud Sanderum. Ubi notandum obiter ejusdem praefecturae initium duci ab an. 1447, quo coenobium, ut diximus, traditur absolutum.

II. *Jacobus de Borsalia* ex familia fundatoris anno 1476 die 9 octobr. mortuum deflevit Bartholomaeum Pot filium unicum Adriani Pot filii fundatoris, novicium in suo monasterio, et an. 1482 die 26 julii Mathildem Pot filiam unicam Petri fundatoris ibidem terrae mandavit die 1 augusti. Idem an. 1477 die 8 junii canonicos ecclesiae B. Mariae Antverp. bonorum omnium spiritualium monasterii participes effecit. Vivere desiit an. 1483, nono sui regiminis.

III. *Thomas Merchel* vel *Marchel*, antea cellerarius, onus abbatiale suscepit die 11 julii 1473, quod post septem annos abdicavit. Mortuus est an. 1501, III nonas novembris in festo S. Malachiae.

IV. *Joannes Goens*, Antverpiensis, electus est in priorem per cessionem praecedentis an. 1490, atque institutus per Joannem abbatem Veteris-campi. Obiit 1506 die 19 julii, regiminis 16.

[1] Cfr. Sanderi *Brab. illustr.* tom. I, p. 504 et seqq.

Digitized by Google

V. *Franciscus Hermans*, Antverpiensis, prior constituitur die 2 augusti an. 1506. Eum moriens Henricus de Sompeken eques e prosapia fundatoris, ultimae voluntatis suae decreto, exceptis bonis feudalibus, ex asse instituit haeredem. Fatis concessit 2 febr. 1536.

VI. *Judocus de Dumo* prior instituitur per Joannem abbatem Veteris-campi anno 1536 in profesto S. Benedicti, vir tam sibi durus ut in gravi, qua mortuus est infirmitate, paralysi positus, licet urgerent medici, ut esu carnium uteretur, ad id compelli debuerit auctoritate Joannis abbatis de Veteri-campo, in virtute sanctae obedientiae, litteris datis die 13 febr. 1550. Demum cessit e vita die sacra SS. Fabiano et Sebastiano an. 1553.

VII. *Everardus Bacx* prior constitutus ultima die januarii 1553 nominatur in litteris Ludovici de Bessey abbatis Cistercii prioratum de Mariendonck ord. Cisterc. prope Heusdenum in dioec. Sylvaeducensi prioratui S. Salvatoris de Antverpia subjicientis an. 1560, calendis junii, scriptis in civitate Tridentina litteris [1]. Diem suum obiit an. 1579, postquam ingemuerat an. 1575 die 29 aug. tumbam fundatoris ab Iconomachis haereticis devastatam.

VIII. *Joannes de Mechlinia*, e stemmate fundatoris oriundus, ex subpriore electus est prior an. 1579 die 29 decembris, quem in possessionem induxit abbas Loci S. Bernardi ad Schaldim, ex commissione abbatis Veteris-campi, qui propter vacillantes temporum et haereticorum injurias Antverpiam petere minime audebat. Mortalitatem explevit an. 1582.

IX. *Joannes de Samillan*, nobilis Antverpiensis, antea prior abbatiae de Baudeloo, nominatus seu confirmatus in priorem S. Salvatoris ab Alexandro Farnesio Belgii gubernatore, atque a Roberto abbate Camberonensi tanquam vicario generali an. 1584 die 10 augusti institutus, mox per Belgium ordinis procurator renunciatur a Nicolao Boucherat Cisterciensi abbate, pri-

[1] Apud Miraeum, t. I, p. 902.

Digitized by Google

musque coepit ex constitutione capituli generalis et denominatione regia, omnibus abbatialibus insigniis uti (exceptis mitra et pedo) et praelati nomen sortiri. Deinde suum monasterium ab haereticis an. 1585 funditus eversum reaedificare ac in pristinam formam restituere sategit, excepto quod ejus terminos in angustiorem quam antea circulum contraxerit. Defunctus est Teneramundae die 2 sept. anno 1610, aetatis suae 64, sepultus tamen in choro suae S. Salvatoris ecclesiae.

X. *Henricus Vander Heyden*, Lovaniensis, ex priore Villariensi prior S. Salvatoris, praevia monachorum electione, confirmatus a serenissimis principibus Alberto et Isabella die 1 octobris 1610, solemni ritu fuit inauguratus 19 ejusdem mensis a Roberto Henrion Villariensi abbate, ordinis Cisterc. vicario ac visitatore generali. Rexit per annos decem, ac tum an. 1620 fuit abbas Villariensis.

XI. *Philippus Boonen*, antea monachus Baudeloënsis, priorem agebat in Waerschotano apud Gandavum ejusdem ordinis coenobio, quandó in priorem S. Salvatoris electus 1621 et a Belgii principibus confirmatus, demum institutus est ac benedictus ab Henrico Vander Heyden abbate Villariensi, ex commissione Joannis Farinart abbatis Camberonensis vicarii generalis. Obiit anno 1631 die 11 octobris, quum simul esset coadjutor abbatis Baudeloënsis.

XII. *Christophorus Butkens*, nobilis Antverpianus, vir doctissimus, *Trophaeis Brabantiae* aliisque scriptis genealogicis celeberrimus, ex coadjutore per tres annos prior effectus, benedictionem percepit 28 octob. ejusdem anni 1631 ab Henrico Vander Heyden abbate Villariensi, ex commissione abbatis Camberonensis. Morte correptus est Hagae-comitis in Hollandia (ubi agebat ad recuperandum ab Ordinibus Foederati Belgii monasterii bona in Zelandiae insulis sita), die 30 sept. an. 1650, aetatis suae 60, sepultus tamen in ecclesia sua S. Salvatoris.

Obtinuerat ille a Portugalliae rege Emmanuele, anno 1633, reliquias XXXV Sanctorum, quibus accesserunt reliquiae S. Ha-

Digitized by Google

tebrandi abbatis, quae solemni ritu die 7 augusti 1672 translatae et exaltatae fuerunt in ecclesia abbatiae, ea occasione ibidem instituta confraternitate. Atque hae reliquiae hodiedum servantur in ecclesia parochiali S. Andreae Antverpiae.

Abbates.

I. *Petrus Spers* ex subpriore, omnium calculis in priorem electus, et archiducis Leopoldi nominatione facta 18 decemb. an. 1650 confirmatus, solemnem accepit benedictionem 29 januarii anni seq. a Judoco Gillis abbate Loci S. Bernardi ad Schaldim, ex commissione Bernardi Bottyn Dunensis abbatis necnon ord. Cisterc. per Belgium progeneralis. Suum dehinc monasterium in abbatiam erigi per Claudium Vaussin Cistercii ac totius ordinis abbatem generalem die 7 nov. an. 1652 curavit, a quo et postera die literas in rem eamdem accepit. Verum et Bernardus Bottyn Dunensis abbas ac ordinis Cisterc. in Belgio vicarius generalis, quo potissimum agente ista erectio facta fuerat, eamdem confirmavit literis datis apud Brugas 21 dec. 1652. Sedit Petrus annos 4, defunctus anno 1654 die 26 septemb. necdum abbatiali benedictione perfectus.

II. *Benedictus Blommaerts*, Antverpiensis, ex cellerario fratrum electione, et archiducis Leopoldi nominatione facta 21 decemb. 1654, instituitur ac inauguratur 12 jan. 1655 per Judocum Gillis abbatem Loci sancti Bernardi ad Schaldim; confirmaturque eodem anno 22 junii a Claudio Vaussin Cistercii abbate. Distulit tamen Benedictus suam abbatialem benedictionem usque in annum 1659, quo eam suscepit die 29 junii a Joanne Blanckenberg abbate B. M. in Veteri-monte prope Coloniam, in ecclesia Vallis S. Petri in Heisterbach. Praefuit annis 14, mortuus 1668.

III. *Franciscus Dierickx* sedit annos viginti, quibus exactis mortem oppetiit an. 1687.

IV. *Anselmus Boels* obiit an. 1695.

Digitized by Google

V. *Bernardus Weerts* post regimen annorum 12 decessit an. 07.

VI. *Petrus Van Can*, Antverpiensis, sedit ab anno 1708 ad num 1730 quo obiit decrepitus senex.

VII. *Bernardus Danielssens* obiit an. 1731.

VIII. *Josephus de Pester*, Antverpiensis, ex priore ad praelam nominatus. Hic octavo regiminis sui anno a Clemente XII tiit et obtinuit usum mitrae per bullam datam pridie idus vembris an. 1739, quae refertur apud Diercxsens, t. VII, 324. Vi illius diplomatis abbati mitra solemniter imposita est sacello aulae episcopalis per Carolum d'Espinosa die 21 dembris ejusdem anni. Obiit an. 1755.

IX. *Petrus de Laet*, natus Lyrae an. 1708, pariter ex priore bas, obiit 9 februarii 1774.

X. *Petrus Van de Perre*, Antverpiensis, nominatus abbas l maii 1774, installatus 5 julii, mitratus 11 septembris Mechniae in sacello aulae archiepiscopalis, die 19 decembris an. 1796 im monachis suis a Gallis expulsus est e coenobio suo, quod mo sequenti die 16 junii vili pretio divenditum fuit una cum clesia quae hodiedum Israëlitarum synagogae partim inservit. n suppressioni abbatiae diu supervixerit, me latet. Eum stanos calices pro missae sacrificio consecrasse, postquam Galli ireos et argenteos omnes et pretiosa quaeque ecclesiarum fisco lscripserant, supra p. 116 dictum est.

§. III.

Abbatia Monialium B. M. de Nazareth, prope Lyram.

Parthenon Cisterciensis ordinis olim loco peramoeno situm rat ad sinistram ripam minoris Nethae, extra muros oppidi yrani. Initia sua debebat viro pio ac diviti, Bartholomaeo nomine, quem alii nobilem ex familia de Aa et castellani Leeu-

Digitized by Google

wensis seu Bruxellensis filium, alii vero civem Thenensem cognomento *de Vleeschhouwer* dixerunt. Defuncta uxore Gertrude, quae filia Godefridi comitis Arschotani dicitur, filium Walterum coenobio Averbodiensi obtulit, filiam vero Odam in monasterio Rameyensi collocavit. Ipse deinde cum tribus aliis filiabus, Sybilla, Christina et Beatrice, Floridae Vallis coenobium ingressus est [1]. Alterum etiam monasterium Vallis Virginum prope Lintram in agro Thenensi erexit. Tertium denique condidit, quod Nazarenum est, in quo non sine sanctitatis opinione obiit an. 1247 vel 1260, sepultus in monasterii ecclesia ante aram sub lapide cum imagine militis priscae armaturae, cum hac recentioris aetatis inscriptione : SUB ALTARIS LAPIDE QUIESCIT NOBILIS VIR BARTHOLOMAEUS DE AA FILIUS LEONIS CASTELLANI BRUXELLENSIS, FUNDATOR HUJUS MONASTERII, FLORIDAEVALLIS ET LINTBAE, QUI OBIIT IN OPINIONE SANCTITATIS ANNO 1247, AETATIS 97, POSTQUAM SUSCEPERAT HUMILEM CONVERSORUM CISTERCIENSIS ORDINIS HABITUM [2].

Prima fundatio coepta videtur circa an. 1214 in loco quodam humili, non procul ab oppido Lyrano versus castrum de Andenstadt. Huic primae fundationi Henricus dux Lotharingiae adjecit an. 1220 quinquaginta quatuor bonaria in terris, pascuis et

[1] Erat tum duplex monasterium in quo uterque sexus distinctis claustris habitabat.

[2] Monasterium cum ecclesia, tempore tumultuum anno 1579 devastatum et exustum, restauravit abbatissa Carola Butkens. Reaedeficationis tempore ossa fundatoris exhumata et ex choro sororum conversarum, in quo sepulchrum inviolatum permanserat, translata fuerunt ad novam ecclesiam et reposita in cistam ligneam, ornatam opere ferreo, et imposita tumbae lapideae coeruleae ante altare, cum hac inscriptione in lapide superiori : IN HAC URNA JACET CORPUS VENERABILIS VIRI BARTHOLOMAEI VAN AA, FUNDATORIS HUJUS MONASTERII, UT REPERTUM EST IN CHORO LAICARUM AN. 1661 SUB DOMINA CAROLA (Butkens) HUJUS LOCI ABBATISSA XXX (legendum XLII), ET HIC POSITUM MODERANTE D. EDMUNDA (Ortiz de Ybarra) ABBATISSA XXXI (legendum XLIII) AN. MDCLXIX. Post suppressionem abbatiae ven. Bartholomaei reliquiae reconditae fuerunt Lyrae in camera capitulari ecclesiae S. Gummari. Vide nostram editionem Bruxellensem Butleri, t. IV, p. 262.

Digitized by Google

oribus; iterumque anno 1235 terram quamdam in loco, qui ur *Ten Vekene*, septem bonaria paulo plus vel minus conti- em ad construendum in ea novum monasterium contulit[1]; e licet conjicere sanctimoniales prima sede relicta ad alteram smigrasse in qua monasterium viguit usque ad finem sae- II. Plura de hoc coenobio vide apud Augustinum Wichculi- is in *Brabantia Mariana*, lib. III cap. 23.

Series abbatissarum.

. *Beatrix* filia fundatoris, ex monasterio Vallis - Floridae ipta, obiit an. 1268 die 9 vel 29 julii, inter sanctas ordinis erciensis relata.

I. *Adelisa Van Cruynen* vel *Van Creunigen*, decessit an. 1274, 1275, aetatis 72, die festo S. Thomae, sepulta in capitulo.

II. *Ida Van Viesele* seu *Van Virsele* ad sponsum evolavit 1276.

V. *Beatrix Van Viesele* seu *Van Virsele* electa 1276 die festo Trinitatis, defecit an. 1286, alias et quidem melius 1294.

V. *Cunegundis Vanden Eede*, omissa in Historia episcopatus tverp., eligitur 1294, inducitur in possessionem anno seq., nitatem abdicat 1296.

VI. *Beatrix Van Sombeke* successit anno 1298, defuncta 1299, is 1300 mense novembri.

VII. *Barbara Vander Elst* praetermissa quoque in Historia data, obiit an. 1308.

VIII. *Beatrix Noots* moritur an. 1309.

IX. *Elisabeth Van Wyneghem* e vivis excessit an. 1319.

X. *Hilwigis* mortem oppetiit eodem anno die 26 aug. Omitti- r in Historia laudata.

XI. *Beatrix Vanden Eede*, ibidem omissa, diem supremum iit an. 1320, aetatis 73 die S. Wilfridi.

XII. *Catharina Van Loevelde*, ibidem praetermissa, migravit saeculo 14 aug. 1329.

[1] Vide Miraeum, t. III, p. 583.

Digitized by Google

XIII. *Magdalena Van Immerseele* praefuit ab anno 1329 a 1336, quo feliciter ad Dominum migravit, anno aetatis suae 8

XIV. *Petronilla Van Ranst* obiit 2 martii 1342 vel 1347.

XV. *Elisabeth Vanden Broecke*, omissa in Historia laudata fato fungitur 19 junii an. 1348, sepulta in capitulo.

XVI. *Margareta Radewaerts*, omissa quoque ibidem, animam exhalavit an. 1358.

XVII. *Hommelina Van Brussele*, quam auctor Historiae laudatae *Corneliam* vocat, defunctamque tradit an. 1362, alibi cessisse dicitur 1368, post decem annos regiminis.

XVIII. *Margareta Colibrant* ab auctore praedicto obiisse dicitur an. 1370, alias die 11 martii 1389, post regimen annorum 21.

XIX. *Agnes Van Berchem* traditur obiisse an. 1390, vel 16 januarii 1393.

XX. *Elisabeth de Leeuw* cessit anno praefecturae quinta Christi 1398.

XXI. *Elisabeth Vanden Walle* praeerat an. 1404. Obiit 28 feb

XXII. *Lutgardis Van Loon* obiit 16 martii an. 1408.

XXIII. *Mechtildis Van Wesenbeke* vivere desiit 4 febr. an. 1416

XXIV. *Elisabeth Schoot* vel *Schoof* mortua est 7 julii an. 1421

XXV. *Margareta Vanden Werve* rexisse dicitur decem annis et obiisse 22 febr. an. 1424.

XXVI. *Elisabeth Stals* cessit an. 1428.

XXVII. *Margareta Van Ursele*, alibi *Van Virsele*, sedit novem annis, defuncta an. 1439 die 14 martii.

XXVIII. *Elisabeth Vander Noot* obiisse dicitur 18 sept. an 1442 vel 1443.

XXIX. *Margareta Wacwaert* cessit e vita 22 martii an. 1448

XXX. *Joanna Moiliaerts* cessisse dicitur an. 1460, ac obiisse post 17 annos regiminis, omissa scilicet praecedenti.

XXXI. *Oda Daneels* obiisse dicitur an. 1470, vel 2 sept. 1482.

XXXII. *Ida Van Paeschen* abdicasse dicitur an. 1484, et obiisse hoc anno postquam rexerat annis 14.

Digitized by Google

XXXIII. *Elisabeth Stoots* cessit anno 1491.

XXXIV. *Catharina Van Heesbeen* occubuit an. 1498 die 1 ii.

XXXV. *Oda Van Groels*, conventu ad meliorem vivendi for- m reducto, fatis concessit 9 aprilis an. 1509.

XXXVI. *Barbara de Grooth*, alias *Van Wyck*, a Jongelino itur electa tempore Petri Cops abbatis Loci S. Bernardi ad haldim, ac proinde ante annum 1518, aemulamque passa nam Papegays coenobii alumnam. Ita etiam Chrysostomus nriquez in Fasciculo SS. ordin. Cisterc., pag. 455, lib. II dist. . Obiit 30 maii an. 1535.

XXXVII. *Catharina Van Heesbeen* electa a religiosis et con- mata auctoritate Caroli V imperatoris, septem duntaxat men- ms pacifice praefuit, defuncta 8 jan. an. 1537.

XXXVIII. *Barbara Van Groels* a conventu electa 1535, et ab peratore confirmata 28 jan. 1537, obiit 1 octobr. an. 1543.

XXXIX. *Judoca* vel *Josina Vanden Putte* praefuit annis 24, interim curavit exstrui refugium Lyrae. Mortua dicitur die ept. an. 1566 vel 1567.

XL. *Joanna Van Goerle* seu *Borluut* rexit annis 46, quo npore an. 1579 monasterium a sectariis Hollandis funditus ersum fuit et expulsae sanctimoniales. Reversa tamen an. 1583, it in refugio Lyrae usque ad annum 1610, quo suum coepit edificare monasterium. Denique obiit cum fama sanctitatis no 1613 die 24 julii, sepulta in ecclesia patrum Carthusia- rum Lyrae, unde postea ejus ossa ad abbatiam Nazarethanam nslata sunt.

XLI. *Gertrudis de Greve* vitam cum morte commutavit 28 ja- arii an. 1646, aetatis suae 72, postquam, inquiunt, regimen tinuerat 29 annis; unde colligas ante ipsius electionem sedem quandiu vacasse.

XLII. *Carola Butkens* restauravit monasterium et ecclesiam . 1664 perfectam. Vitam reliquit an. 1668, aetatis 60, pro- ssionis 40 et abbatialis dignitatis 22. Vide supra p. 202.

Digitized by Google

XLIII. *Edmunda Ortiz de Ybarra* decessit an. 1699, aetati 61, professionis 42, regiminis 31.

XLIV. *Maria Van Caverson*, Bruxellensis, obiit 21 martii 1724.

XLV. *Eugenia Vander Nath*, ex praenobili familia comitum hujus nominis, eligitur 12 febr. 1725, confirmatur ab Imperatore seu ipsius nomine 18 febr. ejusdem anni, in possessionem inducitur 4 martii per abbatem S. Bernardi ad Schaldim, ac domum benedicitur 22 aprilis per eumdem abbatem. Obiit 20 novembris an. 1767, aetatis suae 78.

XLVI. *Ursula Willems*, obiit 17 maii an. 1769, aetatis suae 29.

XLVII. *Norbertina Lints*, Lovaniensis, ex novitiarum magistra et supprioriss a in abbatissam electa, obiit 30 augusti 1796 paulo ante monasterii suppressionem, mense enim novembri ejusdem anni a Gallis spoliatum et extinctum fuit. Ecclesiam, quae funditus eversa fuit, ornabant tabulae pulcherrimae a insigni pictore Crayer depictae. Reliqua monasterii aedificia cum fundo vili divendita pretio, ut tum solebat, privatis usibus addicta fuerunt, hodieque praedio rustico locum cedunt.

§. IV.

Abbatia S. Michaëlis Antverpiae.

Praemonstratensis illud ordinis monasterium antea fuit ecclesia collegiata duodecim canonicorum cum praeposito, qui, grassante Tanchelini haeresi, ad hanc profligandam S. Norbertum appellarunt, eique suam ecclesiam cum quatuor praebendis, annuente Burchardo episcopo Cameracensi, obtulerunt, ipsi ad numerum octonarium praeter praepositum redacti, ad capellam S. Mariae *ad Stipitem* vocatam, quam in ampliorem ecclesiam exaedificaverunt, commigrantes [1]. Hujusce donationis instru-

[1] Vid. supra, pp. 138 et 141.

Digitized by Google

entum et diploma approbationis Burchardi, utrumque datum no 1124, exstant apud Miraeum, t. I, p. 85. Mox vero S. Norrtus, Godefrido duce Lotharingiae et Lovanii comite impensas ppeditante, cœnobium aedificavit, in quo duodecim e suis mnis posuit, omnes, inquiunt, theologiae gradibus insignes, que Waltmannum abbatem praefecit. Nec multo post haec batia tres alias peperit, Averbodiensem, Tongerloënsem et iddelburgensem in Zelandia. Habebat abbatia pastoratus ab ea pendentes regulares novem, videlicet in dioecesi Antverpiensi inderhaut, Meere, Mercxplas, Vorselaer prope Turnhautum, erse, S'Graeven-Wesel, Deurne et Borsbeke, et sub dioecesi echliniensi Nederockerseel.

Caetera quae ad illius monasterii historiam pertinent, vide ud Sanderum, *Brab. illustr.* t. I, p. 88 et seqq.

Series abbatum [1].

I. *B. Waltmannus de Holten* primus a S. Norberto huic ecesiae datus est abbas anno 1124, quem tamen alicubi legiius anno tantum 1129 abbatem ordinatum. At certe memoitur 1133 in charta Burchardi episcopi Cameracensis in ecclesia ongerloënsi Praemonstratenses canonicos instituentis [2]. Conitus est in latere aquilonari navis ecclesiae, sub tumba marorea, cui insculpta erat manus pedum pastorale praeferens, um hac brevi in circuitu epigraphe : *Hic jacet dominus Waltiannus primus abbas hujus ecclesiae, qui obiit anno Domini MCXXXVIII. XVII. cal. Maii.* Et hac quidem die inter sanctos efertur ab Andrea du Saussay in suo martyrologio Gallicano [3].

II. *Emelinus* abbas creatus an. 1138, paciscitur 1148, inict. XI, cum canonicis S. Mariae. Anno 1155 ecclesiam de

[1] Abbatum epitaphia refert Swertius in *Monum. sepulcr. Brab.*, p. 126.
[2] Apud Miraeum, t. I, p. 97.
[3] Vide editionem nostram Bruxellensem Butleri, t. II., p. 343.

Digitized by Google

Merxplas accepit a Nicolao episcopo Cameracensi. Defunctus est an. 1161 die 29 septembris.

III. *Alardus* obiit an. 1162 die 1 septembris, quum uno tantum anno praefuisset.

IV. *Thibaldus* seu *Theobaldus* ex priore assumptus in abbatem testis nominatur an. 1166 in charta Nicolai Cameracensis episcopi Forestensi monasterio quoddam altare a Waltero abbate de Bergis collatum confirmantis. Cessit an. 1171, post annos regiminis novem.

V. *Richardus* cessit et ipse an. 1188, postquam rexerat annos 18.

VI. *Walterus de Stripe* vel *de Stripen*, Flander, obiit an. 1192.

VII. *Elias* decessit an. 1199 die 24 decembris.

VIII. *Giselbertus* defecit an. 1205 die 6 octobris.

IX. *Hugo* vivere desiit an. 1208, die 7 jan. vel 1209.

X. *Arnoldus de Erps* vel *de Euphem* creatur abbas 1210, tum anno 1219 postulatur abbas Bonae-Spei ejusdem ordinis in Hannonia ad annos undecim; qui demum ad suos reversus an. 1230, iis denuo praefuit aliis octo annis.

XI. *Hermannus* rexit annis undecim, mortuus calendis julii an. 1230.

XII. *Sigerius* vel *Zegerus*, ex pago de Balen, obiit post quinque regiminis menses an. 1230 die 24 nov. vel 1231 die 23 nov.

XIII. *Arnoldus*, idem qui supra, an. 1233 delegatus est a Gregorio IX ut cum Theobaldo Middelburgensi et Guilielmo S. Alexii de Urbe abbatibus, statuta quae ipsemet Gregorius pro reformatione condiderat, in proximo capitulo generali promulgaret. Sedit hac vice annis octo, obiitque 9 jan. an. 1239.

XIV. *Eggerius* vel *Eggericus* moritur anno 1244 die 31 januarii. Hic est profecto *Egricus* Tongerloënsis sacerdos, notatus in Necrol. hujus ecclesiae III cal. febr.

XV. *Gerardus de Lyra* fatis concessit anno 1258, IV idus junii qua die memoratur in Necrologio Tongerloënsi tanquam hujus ecclesiae canonicus et abbas S. Michaëlis.

Digitized by Google

XVI. *Joannes de Lyra* abbatiali munere annis tredecim functus, cessit an. 1271, ac mortuus est anno seq. die 11 novembris.

XVII. *Egidius de Biervliet, de Flandria* dictus, eligitur abbas an. 1271, septemque post annis postulatur in abbatem Praemonstratensem anno 1278, qua dignitate quum se post triennium abdicasset, e vivis sublatus est an. 1286 die 16 julii, ad cujus sarcophagi caput in abbatia S. Michaëlis hi duo versus legebantur :

Bis sexcenteno, bis terno, bis quadrageno
Anno decessit : huic Christus vera quies sit.

XVIII. *Henricus de Mechlinia* creatus abbas an. 1278 et non 1288, obiit an. 1300 die 6 octobris.

XIX. *Godefridus de Waerloos* interiit an. 1328 die 11 januarii, postquam rexisset an. 28. Dein vacavit sedes undecim mensibus.

XX. *Guilielmus de Cabeliau* vel *Cabelliaw*, et *Cabillau*, patria Bruxellensis, ex canonico Tongerloënsi et pastore in oppido Diestensi factus est abbas, cujus meminit Aubertus Miraeus in chronico suo Praemonstratensi ad an. 1338. Obiit an. 1341 die 25 nov., rexitque hanc ecclesiam annis 12 et 9 mensibus.

XXI. *Guilielmus Lympiaes*, alias *Lymxiaes* et *Lymmas*, Antverpiensis, fato functus est an. 1353 die 11 octobris post regimen annorum duodecim, minus decem septimanis.

XXII. *Martinus Loys*, alias *Levys*, Antverpianus, an. 1354 in abbatem cooptatus, an. 1369 die 3 aprilis feria tertia post Pascha adfuit translationi reliquiarum S. Rumoldi patroni ecclesiae Mechliniensis. Vitam cum morte commutavit an. 1372 die 26 januarii.

XXIII. *Guilielmus Brulocht*, Antverpiensis, rexit abbatiam S. Michaëlis annis 18 et mensibus duobus. Obiit anno seq. die 31 octobris.

XXIV. *Petrus Breem*, Antverpianus, obiit an. 1413 die 22 aprilis, quum rexisset an. 23.

Digitized by Google

XXV. *Olardus* vel *Alardus Terlinck*, alibi cognominatus *Arnoldus* et quandoque perperam *Claudius*, patria Zelandus, vocatus Arnoldus in pacto unionis Brabantos inter et Limburgenses an. 1415 [1]. Rexit annis 38 et mensibus decem, postea cessit, obiitque an. 1452 die 6 septembris. Inter haec tamen *Claudius* abbas an. 1450 probavit erectionem novi conventus Minoritarum Antverpiae, ut dicit Foppens in Historia episcopatus Antverpiensis pag. 209; sed pro *Claudio*, cujus alibi nulla est mentio, legendum *Olardus*.

XXVI. *Joannes Fierkens*, Antverpianus, tam amplis tamque magnificis coenobium suum aedificiis adornavit, ut ea Belgarum principibus, quotiescumque Antverpiam diverterent, gratissimum hospitium praeberent. Idem quoque sibi ac successoribus mitrae usum obtinuit. Denique post annos 23 regiminis desiit esse inter vivos die 19 januarii an. 1476. Ipsius epitaphium legere est in Chron. ord. Praemonst. edito 1613, auctore Auberto Miraeo, pag. 203.

XXVII. *Andreas Aechtenryt*, vel *Achtenryck*, Hoogstratanus, electus an. 1477, obiit an. 1478 die 14 decembris. Tum vero Sixtus IV pontifex abbatiam dedit in commendam, ut vocant, Lucae de Tollentis episcopo Sibinicensi nuncio apostolico apud Carolum Audacem Burgundiae ducem; sed interim

XXVIII. *Joannes Robyns* Mechliniensis, Olardi seu Arnoldi nepos ex sorore, a fratribus quondam electus et ab Ordine confirmatus, verus tandem ac legitimus ecclesiae S. Michaëlis abbas declaratus est bulla ejusdem summi pontificis data v idus nov. 1481. Jam autem an. 1480 die 10 aprilis adfuit Joannes ostensioni reliquiarum S. Rumoldi. Obiit 1487 die 17 julii.

XXIX. *Joannes de Werdt*, seu potius *de Weert*, post expletos in regimine duodecim annos cum mensibus decem, vitam reliquit an. 1499. Deinde vacavit abbatia decem mensibus.

XXX. *Jacobus Elsacker*, Antverpiensis, coenobii reformatis

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 325.

Digitized by Google

moribus, Averbodii cessit e vita 28 sept. an. 1505, quum sex annos praefuisset et quinque propemodum menses.

XXXI. *Jacobus Embrechts*, Antverpianus, obiit an. 1514 die 19 julii.

XXXII. *Stephanus a Thenis*, Hooghstratanus, decessit an. 1518 die 9 nov. Post cujus obitum Erardus a Marca episcopus Leodiensis et cardinalis a Carolo V imperatore nominatus est abbas, imo, inquiunt, jam an. 1515 ab eodem Carolo tunc archiduce Austriaco, bullisque pontificiis donatus fuit 4 julii 1520, ut hac via locum in comitiis Ordinum Brabantiae obtineret; sed hic tandem suo jure cessit in gratiam electi, qui sequitur, accepta pensione gravissima.

XXXIII. *Cornelius de Mera* abbatiam pro majori parte reaedificari curavit; quumque rexisset annis circiter 20, viam universae carnis ingressus est an. 1538 die 17 vel 26 januarii.

XXXIV. *Gregorius Tiberii de Hagis* successit an. 1538 die 1 febr., defunctusque est an. 1562 nonis junii. Papebrochius refert illum ob res monasterii in consanguineos sparsas ab administratione fuisse suspensum, accepto vicario Guilielmo Verstegen [1].

XXXV. *Cornelius Emerici* defecit anno seq. scilicet 1563 die 26 febr.

XXXVI. *Guilielmus de Greve* adfuit capitulo provinciali apud Parcum celebrato anno 1572. Idem an. 1576 epitaphium posuit abbati Waltmanno. Migravit a saeculo an. 1581 die 25 septemb. post quem vacavit ecclesia sex annis, Antverpia ab haereticis occupata.

XXXVII. *Emericus Andreae*, Hooghstratanus, electus an. 1587 rexit ecclesiam duobus annis et 8 mensibus. Scripsit annotationes in Epistolas et Evangelia totius anni, quae in hujus monasterii bibliotheca manuscriptae olim servabantur. Sepelitur ante chorum juxta altare B. Virginis, cui successor Dionysius monu-

[1] *Annales Antv.* tom. III, p. 11.

Digitized by Google

mentum posuit cum hac inscriptione : Hic jacet sepultus dominus Emericus Andreae, abbas hujus monasterii, qui obiit anno Domini 1590, augusti 31. Orate pro eo.

XXXVIII. *Dionysius Feyten* vel *Feyts*, Lovaniensis, vacantem abbatiam jam anno uno consequitur, benedictus an. 1592. Scripsit ad eum Joannes de Pruetis abbas generalis de transferendo S. Norberti corpore ex urbe Magdeburgo in abbatiam Praemonstratensem. Animam exhalavit idibus septemb. an. 1612, quum vixisset annis 75, mensibus 5, diebus 6, annisque 19, mensibus 6 ac diebus 12 rexisset.

XXXIX. *Christianus Michaëlius*, creatus abbas 28 febr. an. 1613, obiit Bruxellis anno 1614, III nonas martias, aetatis suae 33.

XL. *Matthaeus Irselius* seu *Matthaeus Gorys Irselius*, professus abbatiae beatae Mariae Middelburgi in Zelandia, hinc archipresbyter tractus Hooghstratani et Bredani, electus abbas 27 maii anno 1614, aetatis suae 72, rexit annis 15, mense uno. Diem clausit extremum an. 1629 die 15 julii, aetatis 88.

XLI. *Joannes Chrysostomus Vanden Sterre*, Buscoducensis, ex priore in abbatem benedicitur die 7 octob. 1629. Idem mox vicarius generalis ord. Praemonstratensis per Brabantiam (addunt et Frisiam) constitutus, id munus ad obitum usque gnaviter exercuit. Plura scripsit, in quibus sui monasterii chronicon[1]. Mortuus est an. 1652 die 28 julii, postquam monasterium variis modis auxisset et decorasset[2].

XLII. *Norbertus Van Couwerven*, institutus an. 1652 die 21 decembris, obiit an. 1663.

XLIII. *Macharius Simeomo*, Antverpiensis, sacrae theologiae licentiatus, e vivis excessit an. 1676.

XLIV. *Hermannus Vander Porten*, Sylvaeducensis, migravit ad alteram vitam an. 1680.

[1] Cfr. *Bibl. Belg.* tom. II, p. 615.

[2] Vide *Papebrochii Annales Antv.* tom. V, p. 50.

Digitized by Google

XLV. *Gerardus Knyff*, Antverpianus, fato correptus est an. 1686.

XLVI. *Joannes Chrysostomus Teniers*, Antverpiensis, vicarius generalis per circarias Brabantiae et Frisiae, necnon Brabantiae Ordinum assessor, cui Florentius de Cocq sacrae theologiae lector et S. Michaëlis Antverpiensis asceta, totius theologiae moralis et speculativae principia nuncupavit, edita secundis typis anno 1689. Obiit an. 1709 die 30 novembris, aetatis suae 56.

XLVII. *Joannes Bapt. Vermoelen*, electus 31 martii 1716, confirmatur eodem an. 10 octob. ab Imperatore, postquam sedes abbatialis vacua fuisset ab an. 1709. Possessionem apprehendit 26 decemb. anni 1716, tandemque benedictionem percepit ab episcopo Antverp. 10 jan. 1717. Obiit 29 julii 1732, sepultus in ecclesia cum monumento sepulchrali, quod post suppressam abbatiam, an. 1806 translatum est ad ecclesiam de Deurne, in quo pago olim pastor fuerat.

XLVIII. *Franciscus Ignatius de Lams*, Antverpiensis, abbas electus 28 aug. 1732. Ordinum Brabantiae assessor magnam in reipublicae negotiis gerendis dexteritatem praebuit, in monasterio autem ferventem pro religione et divini numinis cultu zelum exhibuit. Obiit 11 januarii an. 1738, aetatis suae 58.

XLIX. *Joannes Josephus Van der Boven*, Antverpiensis, obiit 12 septembris an. 1748, aetatis 60, dignitatis abbatialis 10.

L. *Joannes Chrysostomus Sammels*, Antverpiensis, S.T.B.F., an. 1748 abbas nominatus, inauguratus est 4 maii 1749. Obiit an. 1753.

LI. *Jacobus Thomas*, Antverpiensis, abbas ab an. 1753, vivere desiit an. 1762.

LII. *Antonius Varendonck*, Antverpiensis, obiit 8 decembris 1771.

LIII. *Marcellus de Vos*, Antverpiensis, anno 1772 abbas installatus summa cum laude praefuit, in seipsum austerus, in alios benignus, regularem observantiam exemplo magis uam verbo edocens. Obiit 19 martii an. 1781, aetatis suae 75.

Digitized by Google

LIV. *Guilielmus Rosa*, Lovaniensis, S. T. B. F., ex provisore nominatus abbas an. 1781. Podagra aliisque corporis doloribus afflictus obiit in castro de Nederockerseel 26 sept. an. 1786, aetatis suae 55.

LV. *Augustinus Pooters*, Antverpiensis, S. T. L., postquam ultra tres annos sub imperatore Josepho II sedes abbatialis vacasset, electus est; mense martio 1790 ab Ordinibus Brabantiae confirmatus, die 6 junii sequentis benedictionem accepit a Cornelio Francisco de Nelis episc. Antv. Persecutionis tempore ex abbatia expulsus latebras quaerere debuit; mox illam suppressam ac destructam luxit. Obiit Antverpiae 31 julii 1816, aetatis 77. Post celebratas exequias in ecclesia parochiali S. Jacobi, sepultus est ad S. Fredegandum in Deurne.

Sic desiit ultimus abbas monasterii celeberrimi cujus aedificia olim erant adeo splendida ut Belgarum principibus aliisque magnatibus gratissimum essent hospitium. Illa autem una cum ecclesia, post suppressionem profanis usibus addicta, penitus interierunt anno 1830, dum globis aeneis nitrato pulvere intus confertis Antverpia ab Hollandis incensa est.

Quod ecclesiam attinet, templum erat (dum staret abbatia) undequaque magnificum, ex marmore splendens, picturis pretiosissimis ornatum. Inter illius monumenta sepulchralia, quae plurima erant, eminebat in medio chori tumba Isabellae Borboniae, Carolesii comitissae, uxoris Caroli Audacis, Brabantiae et Burgundiae ducis, in hoc monasterio defunctae 13 septembris 1463. Sed tumba illa jam an. 1576 turpiter foedata fuerat ab Iconoclastis.

Digitized by Google

CAPUT IV.

DE MONASTERIIS.

---

§. I.

Monasteria Virorum.

I. Augustiniani.

Duos habebant conventus, unum Antverpiae, alterum Herendalii.

1. Conventus Antverpiensis inchoatus fuit an. 1514 a religiosis congregationis Saxoniae qui anno 1518 coenobium struere coeperunt. Sed triennio post, mandante Adriano VI, conventus eversus est, ipsique urbe expulsi sunt, ob propagatum ab ipsis Lutheranismum. Cfr. Diercxsens, tom. III, pp. 279 et seqq. Ejusdem instituti patres, qui tamen cum prioribus nullo fraternitatis vinculo conjuncti erant, anno 1607 impetrarunt domum a senatu, ibique exstruxerunt amplum monasterium et templum magnificum, ac scholas literarum humaniorum instituerunt [1].

2. Conventus Herendaliensis, in quo literae humaniores etiam tradebantur, erectus fuit an. 1613, adjuvante non parum Adriano Stalpaerts, abbate Tongerloënse.

II. Benedictini.

Fertur illos Antverpiae et in vicinia olim aliquas habuisse mansiones seu *Cellas*.

[1] De ipsius conventu initiis et progressu vide Diercxsens, op. cit. tom. VII, p. 21 et seqq., et *Sanderi Brabant. illustr.* tom. II, p. 199 et seqq.

Digitized by Google

1. Constat Antverpiae aliquando fuisse *Cellam S. Mauri*, abbatiae Affligemiensi subjectam, quae exstitisse videtur usque ad an. 1290, in parochia Castri seu infra ipsum Burgum in loco inde *Het hof van Affligem* dicto, qui ad Affligemienses pertinuit usque ad an. 1580, quo in auctione publica ab illis divenditus est. Cfr. Le Roy, *Notitia Marchionatus*, p. 48.

2. In pago Deuren, olim *Turninio*, creditur fuisse monasterium, *Querquelodora* seu *Quortolodra* dictum, a S. Amando constructum, in quo vixit et obiit S. Fredegandus, de quo vide nostram Butleri editionem Bruxellensem, tom. IV, p. 171. Inter saeculi noni turbas destructo a Nordmannis monasterio, ipsius monachos Eynhamium prope Aldenardam migrasse credunt nonnulli, sed perperam; quippe abbatia Eynhamiensis non nisi anno 1053, adeoque ducentis circiter annis post Nordmannorum invasionem, fundata est, ut constat ex fundationis diplomate, apud Miraeum, tom. I, p. 151; eaque ab initio nulla bona possedit in Deurne, ut pariter constat ex literis Eugenii III, apud Miraeum tom. IV, p. 17. Porro monachi Eynhamienses non nisi anno 1190, altare de Deurne canonice adepti sunt, ut patet ex literis Clementis III, descriptis apud Miraeum, tom. IV, p. 29. Caeterum Gerardus abbas Eynhamiensis anno 1308 abbatiae S. Michaelis Antverpiae transcripsit jura et praedia quae in Deurne et locis vicinis possidebat [1].

Facile crediderim, inquit Le Roy [2], post destructum a Nordmannis antiquum illud monasterium, *Querquelodora* dictum, in quo vixit S. Fredegandus, aliud in eodem loco fundatum fuisse a Lotharingiae ducibus, illudque esse quod anno 1063 Eynhamium translatum dicitur.

3. In pago de Rysbergen, sub baronatu Bredano, olim exstitit praepositura monachorum ordinis S. Benedicti, dependens

[1] Apud Miraeum, tom. II, p. 1012.
[2] Notitia Marchionatus, p. 54.

Digitized by Google

abbatia S. Bavonis Gandavensis. Nescitur quo tempore erecta t vel quo tempore desiit. Ex literis abbatis S. Bavonis, de-'iptis apud Le Roy [1], de die 29 novembris 1523, patet illam batiam ibidem habuisse parvum quoddam dominium cum ali-ibus censibus et redditibus.

Parochialis hujus loci ecclesia S. Bavoni sacra est, ejusque tronatus spectabat primum ad abbatem S. Bavonis ac deinde ad iscopum Gandavensem.

III. Bogardi.

Illorum unicus in dioecesi erat conventus, idque Antverpiae, iam urbem ingressi sunt an. 1228. Texendo olim vitam tole-bant, ac primo nullis certis legibus adstricti solo caritatis nculo per annos sexaginta et duos se continuere. Deinde an. 291, tertiam S. Francisci regulam professi et *Fratrum de poe-tentia* nomen sortiti variis a Brabantiae ducibus Joanne II et I, et a romanis pontificibus Joanne XXII, Clemente V et Ur-ano V praerogativis donati sunt.

Locum habitationi, priore commodiorem, anno 1346 sibi ompararunt, eumque anno 1455 industria sua locupletarunt. uumque in eam diem texendo vitam singuli tolerassent, pru-enti consilio monachorum consuetudinem imitati sunt, et re-cta arte textrina solis divinis rebus vacare coeperunt.

Quandonam sacellum obtinuerint, non liquet; verum scribit e Roy eorum templum consecratum fuisse die 13 julii 1477, odemque anno ipsis per capitulum B. Mariae Virginis, coe-eterium et facultatem exercendi functiones quasdam sacra-ientales concessum fuisse constat ex literis quas refert Diercx-ens [2].

Anno 1568 Pius V bullam dedit, qua Fratres tertii ordinis Francisci dicti *de Poenitentia* subjecit ordini Fratrum Mino-

[1] Op. cit. p. 465.
[2] Op. cit. tom. III, p. 49.

Digitized by Google

rum de observantia. Bogardi Antverpienses, contendentes bullam illam monasterium suum non concernere, anno 1572 recursum habuerunt ad Gregorium XIII, muniti literis episcopi Francisci Sonnii, capituli cathedralis et senatus. Circa finem ejusdem anni statuit pontifex illos liberos fore a praedicta subjectione.

Eorum ecclesia tempore tumultuum funditus eversa restaurata fuit, in primis auxilio mercatorum Lucensium, anno 1591, et a Laevino Torrentio consecrata est. Monasterii fundum dividebat platea dicta de *Bogaerde-straet*, sub qua erat via subterranea per quam ex conventu, sito juxta *Forum Ovorum*, ibatur in hortum existentem ab alia parte plateae versus septentrionem.

Memoria nostra, inquit Le Roy [1], Bogardi habitum nigrum in leucophaeum colorem et zonam in funem more Minoritarum mutarunt.

IV. Brigittini.

Brigittinorum conventum, juxta Sylvam-Ducis, anno 1434, fundatum describit Wichmans in sua *Brabantia Mariana*, p. 874 et seqq. Haereticorum furore an. 1566 destructo monasterio, in civitatem refugium quaesiverunt. Ex ea an. 1629 expulsi a Foederatis Belgii Ordinibus, sedem fixerunt in pago de Hoboken ad Schaldim, ubi novum eis conventum aedificavit Conrardus comes de Ursel una cum conjuge sua Maria de Robles, juxta vetus sacellum in qua crux dominica, fluminis aestu illuc olim appulsa, religiosa populorum devotione colebatur.

Brigittini administrabant sacellum illud, et in eo comitis Urselii uxor Maria de Robles, anno 1661 defuncta, sibi ac marito familiaeque splendidam tumbam erigi extremis tabulis mandavit. Suppresso monasterio sub Josepho II, monumentum trans-

[1] Op. cit. p. 42.

Digitized by Google

tum fuit ad coemeterium ecclesiae parochialis, retro summum tare, addita hac nova inscriptione :

POST SUPPRESSIONEM COENOBII
BRIGITTINORUM AD SCHALDIM,
AB AVIS CONDITI, QUO CINERES MAJORUM SUORUM
RECONDEBANTUR,
IMPERATORE JOSEPHO SECUNDO
SEPULTURAS SUB DIO JUBENTE,
PIETATE DEBITA DUCTUS
ERGA PARENTES ET IN
PRIMIS ERGA PATREM, VENERATIONE
ET AMORE DIGNUM, CONFIDENS
TAM CARAS RELIQUIAS IN
SECURA TANDEM PACE
QUIESCERE POSSE,
MONUMENTUM HOC COLLOCARI JUSSIT
DUX AB URSEL ET AB HOBOKEN
ANNO MDCCLXXXIV.
R. I. P.

V. Canonici regulares s. Augustini.

Unicum habuerunt in dioecesi prioratum, *Thronum B. Ma-iae Virginis*, situm in dominio de Grobbendonck versus Heren-alium, et fundatum anno 1414, in fundo dicto *Nuwer-Molen* er Arnoldum de Crayenhem, dominum de Grobbendonck ejus-ue conjugem Joannam de Steyvoirt [1]. Fundationem ratam abuit dux Brabantiae Antonius, censusque et praedia, quae undatores ad erigendum monasterium assignaverant, amorti-avit literis datis in castello Turnhautano die 2 januarii an. 1414, tylo gallicano seu Cameracensi, itaque, anno 1415 octo diebus ost datam fundationis [2].

[1] Fundationis diploma referunt Miraeus, op. cit. tom. I, p. 452, et Le Roy, op. cit. p. 223.

[2] Vide Miraeum loc. cit.

Digitized by Google

Conventus, congregationi Windesemensi unitus, instauratus fuit pro sex religiosis presbyteris, quorum numerus augeri poterat usque ad quindecim, in memoriam quindecim gaudiorum Deiparae Virginis, ut in fundationis diplomate legitur.

Saeculo XVI Thronianum monasterium bellorum injuria spoliatum et eversum fuit; religiosis vero ad ejusdem ordinis canoniam S. Martini Lovaniensem translatis, etiam titulus cum plerisque bonis per sedem apostolicam eidem est unitus, quae inde *Thronus B. Mariae ad S. Martinum* dicta est. Pars tamen proventuum collegio, pro studiosis congregationis Windesemensis Lovanii erecto, applicata fuit [1].

VI. Capucini.

Hujus ordinis quatuor fuerunt in dioecesi monasteria, Antverpiae, Lyrae, in pago de Meersel et Bredae.

1. Postquam Alexander Parmensis an. 1685 Philippum regem induxerat ad petendum a Pontifice ut Capucini in Belgio desolatam Domini vineam pio zelo excolerent, Antverpiam e Gallia missi sunt quatuor hujus ordinis viri, qui aliquamdiu hospitale S. Juliani in platea dicta *de Stoof-straet* inhabitarunt. Jubente duce Parmensi, anno 1586, Philippus Vleugels, Brabantiae consiliarius, aptiorem domum et fundum coemit juxta portam rubram, ibique templum conditum est, a Laevino Torrentio an. 1589 consecratum. In eodem fundo an. 1613 novum monasterium constructum, cujus primum lapidem archiducum Alberti et Isabellae nomine posuit Henricus Varick, marcgravius, praesente episcopo Joanne Maldero.

Post suppressum monasterium, ecclesia in unam e civitatis parochialibus conversa fuit sub titulo S. Antonii.

2. Conventus Lyranus hanc supra templi januam inscriptionem ferebat : Deo, deique virgini matri et seraphico p. fran-

[1] Cfr. Wichmans, *Brabant. Mar.* lib. III, cap. 50, et Hoybergii notae in *Latomi Corsendonca.*

Digitized by Google

O ROGERIUS CLARISSE ET SARA BRYEL HUNC CONVENTUM AN . CIↃ . IↃC
III EXSTRUXERE.

'undatorum sepultura cum inscriptione erat in medio eccle-
:, quae exeunte saeculo decimo octavo destructa fuit cum
nasterio. In illius fundo ab annis aliquot erectum est monas-
ium Ursulinarum.

5. Conventus in Meersel, versus baronatum Bredanum, fun-
us est an. 1687.

6. Conventus Bredae inchoatus an. 1625, ad cujus funda-
nem archiducissa Isabella quatuor florenorum millia contulit,
x in hoc oppido desiit cum publico religionis catholicae
rcitio.

VII. CARMELITAE CALCEATI.

Hujus ordinis unicum erat coenobium in dioecesi, scilicet
tverpiae, inchoatum an. 1485, faventibus Maximiliano Ro-
nnorum rege et Philippo Brabantiae duce, curante Joanne de
ttendyck, S. T. doctore Lovaniensi et conventus Mechliniensis
mno. De illius initiis et progressu pluribus agunt Diercxsens,
. cit. tom. III, p. 104 et seqq., et Sanderus *Brab. illustr.*
m. II, p. 345.

Floruerunt in illo coenobio viri quamplurimi doctrina et di-
itate insignes, quos inter Egidius de Merica, episcopus
rytensis et suffraganeus Cameracensis; Laurentius Ducis,
iscopus Hebronensis et suffraganeus Ultrajectensis; Martinus
perus, episcopus Calcedonensis et suffraganeus Cameracensis;
cobus Wemmers, patria et professione Antverpiensis, S. T.
ctor, episcopus Mempheos et apostolicus per AEthiopiam le-
tus, Neapoli defunctus an. 1645.

Carmelitas Lyrae mansionem, formandi aliquando conventus
itium, habuisse constat.

VIII. CARMELITAE DISCALCEATI.

Alumni ex Carmelitarum ordine, a S. Theresia reformato,

Digitized by Google

anno 1618 Antverpiae admissi sunt, primumque inhabitaru aedes quas postea moniales de Luythagen incoluerunt [1]. Dein circa an. 1627 prope forum frumentarium Brabantinum sede fixerunt, ac monasterium et ecclesiam construxerunt. An 1796 suppressionem passi sunt, eorumque conventus deinde armamentarium bellicum, vulgo *arsenal*, conversus est.

IX. Carthusiani.

Bina habebant monasteria, unum Antverpiae, alterum Lyra

1. Ludolphus Van de Water, canonicus Sylvaeducensi anno 1466 Carthusiam fundavit, quae *domus S. Sophiae* die batur, quaeque anno 1473 in pago Vucht juxta Sylvamduc sedem fixit, faventibus Carolo Audace, Brabantiae et Burgun diae duce, ejusque filia Maria [2].

Capta a Foederatis Belgis Sylvaducis, Carthusiani Vuchtense tandem anno 1615 Antverpiam migrarunt, ibique ab episcopo capitulo et senatu benigne recepti sunt. Circa annum 1632 d erigendo novo monasterio agere coeperunt, et favore Joannis d Ram, senatoris et thesaurarii civitatis [3], acquisiverunt amplun

[1] Cfr. Diercxsens, op. cit. tom. VII, p. 96 et seqq.

[2] Cfr. Coppens, *Nieuwe beschryving van het bisdom van St Hertogenbosch*, III^de deel 2de afl., p. 528. — De illius Carthusiae origine exstat Antverpiae apud haeredes domini Van Straelen codex MS. cui titulus est : *Origines Carthusiae S. Sophiae Constantinopolitanae, collectae a Gerardo Eligii novae plantationis ordinis Carthusiensis Antverpiae priore dignissimo, et scriptae ab Henrico de Ram sacrista Carthusiae Lyranae* (*28 octobris 1628*). Eidem Henrico de Ram, filio Joannis de Ram senatoris Antverpiensis, quaedam poemata inscripsit Petrus Daems, scilicet in die professionis ipsius *Fructus divini amoris*, *Antv. apud Verdussen* 1614, pagg. 12 in-4°, et dum adhuc in noviciatu agebat, *Encomiasticum solitudinis Carthusianae*, ibid. 1613, pagg. 16 in-4°.

[3] Quantum Carthusianorum familiae esset addictus liquet ex monumento quod depictumerat in coenobii Lyrani fenestra, quam *ad majorem Dei gloriam et S. Ordinis memoriam* anno 1614 fieri curavit. Erat illa fenestra,

Digitized by Google

ıdum inter plateas de *Bocstede* et *Beggyne-straet*. Novam ·um ecclesiam mense decembri 1677 consecravit episcopus ıbertus Van den Eede [1].

Monasterium, retento nomine *Domus S. Sophiae*, stetit usque an. 1783, quo ab imperatore Josepho II suppressum fuit.

2. Carthusia Lyrana, quae *Domus S. Catharinae* dicebatur, tenui principio coepta est anno 1320 in dominio de Kiele ad haldim, studio civium aliquorum Antverpiensium, advocatis ɔnachis ex carthusia Angiana, quae ante sex annos fundata at [2].

Monasterio hoc Kiliano destructo in bello Rossemiano, coenotae an. 1543 Lyram transmigrarunt, et monasterium denuo ɔnstruxerunt, bis quidem ab haereticis an. 1559 et 1595 spoliam et exustum, sed pulchrius reaedificatum. Novam ecclesiam, ı. 1717 constructam, mense septembri anni sequentis conse-·avit episcopus Petrus Josephus Sierstorffius, quae, post sup-·essum conventum sub imperatore Josepho II, demolita est ı. 1799.

x. Cellitae sive Alexiani.

Duplex eorum conventus, unus Antverpiae, alter Lyrae liamnum perseverat. Antverpiensis fundatus est an. 1345, ut luribus enarrat Diercxsens, op. cit. tom. II, p. 88, tom. III, . 150, et tom. IV, p. 25 et seqq; Lyranus vero initia sua refert d an. 1460, quo per senatum ex Antverpia Cellitae vocati sunt.

xi. Dominicani.

Duos etiam in dioecesi conventus habebant, Antverpiae scicet et Lyrae.

ɔco octava, una earum quae in coenobii ambitu totius ordinis historiam seu enealogiam mirifico opificio in vitro depictam repraesentabant.

[1] Vide supra, p. 67.

[2] Cfr. Diercxsens, op. cit. tom. II, p. 76, et tom. IV, pp. 84 et 96.

Digitized by Google

1. Ex civitate Argentinensi Antverpiam evocati fuerunt an. 1243 ad instantiam episcopi Cameracensis et cleri ac senatus populique Antverpiensis, nec non Brabantiae ducis Henrici II, quorum literae aliaque ad monasterii fundationem spectantia referuntur apud Sanderum, *Brab. illustr.* tom. III, p. 1, et apud De Jonghe, *Belg. Dominicanum*, p. 200 et seqq.

Ope Henrici III, ducis Brabantiae, an. 1256 templum aedificare coeperunt, quod an. 1271 absolutum ab Alberto Magno, Ratisbonnensi episcopo, consecratum est sub invocatione S. Pauli apostoli. Quum templum illud situm esset in humili loco Schaldis aestu continuo immerso, et prae vetustate ruinam minaretur, Dominicani propinquum fundum elevarunt ad quindecim pedes, et in eo anno 1539 erigere coeperunt novum templum veteri multo augustius in eam quam hucusque videmus molem. Consecratum est die 12 februarii 1571 per Godefridum a Mierlo, quem Sonnius pridie episcopum Harlemensem sacraverat [1]. Suppresso monasterio, ecclesia in parochialem mutata est.

2. Monasterium Lyranum, in quo literae humaniores docebantur, inchoatum fuit anno 1612 per Michaelem Ophovium tunc ordinis provincialem et deinde episcopum Buscoducensem, favore capituli ac senatus Lyrani, quorum ope Dominicanis concessum fuit sacellum quod *Clusa S. Gummari* dicitur [2]. Propositum aedificandi conventum prope *Clusam* illam effectu caruit, quia Dominicani aptiorem fundum acceperant in platea *de Lipserstraet*, ubi constructum fuit monasterium cum sacello, ad quod cum gymnasii sui alumnis transmigrarunt anno 1614. In hoc sacello sacra agebant pro alumnis, reliqua tamen ordinis officia celebrabant in *Clusa S. Gummari*, tamquam in ecclesia sua conventuali, in qua miraculosa B. Mariae Virginis statua colitur.

Monasterium hoc vicariatus erat a conventu Antverpiensi de-

[1] Vide supra, p. 31.

[2] Cfr. De Jonghe, *Belgium Domin.* p. 391.

Digitized by Google

pendens usque ad an. 1687, quo a capitulo generali, Romae celebrato, in conventum erectus fuit.

XII. Equites ordinis Teutonici.

Antverpiae olim habuerunt domum dependentem a commendataria Pitzenburgica Mechliniae, sitam in veteri Burgo, juxta cellam S. Mauri, seu domum de Affligem et *de Borght-gracht*. Qua de re vide diplomata apud Le Roy, op. cit. p. 49 et 50.

XIII. Franciscani.

Fratres Minores seu Franciscani quinque habuerunt conventus in dioecesi Antverpiensi.

1. Antverpiae conventus inchoatus est anno 1449 cura magistratus, et *Mons omnium Sanctorum* dictus. Accessit munificentia Philippi Boni, Burgundiae ducis, qui se hujus monasterii fundatorem declaravit, addita hac voluntatis suae testificatione, ut S. Andreas apostolus et S. Franciscus patroni essent; in honorem S. Andreae ecclesiam, altare majus et alia aedificia consecrari voluit anno 1451.

Ampla de conventus origine, fatis et viris praeclaris narratio exstat apud Sanderum, op. cit. tom. III, p. 197.

2. Magistratus Herendaliensis Franciscanis atrium et loca ad structuram coenobii assignaverat anno 1452; sed episcopus Cameracensis indignatus se inconsulto id tentatum fuisse, negotii executionem cohibuit, donec civium precibus victus anno 1474 templi dedicatio facta est.

3. Franciscani Herendalienses jam inde ab anno 1471 certis anni temporibus Turnhautum venire solebant ad sacra peragenda; ibique tandem anno 1651 incolarum liberalitate fundum obtinuerunt pro exstruendo coenobio cum ecclesia, cujus fundamenta posita fuerunt die 28 sept. 1656.

4. Ejusdem ordinis patres ex destructo Sylvaeducensi conventu recesserant in Boxtel; sed, loco illo per pacem Monasterien-

Digitized by Google

sem anno 1648 Batavorum dominio concesso, transmigrarunt in Hoogstraten, ubi anno 1670 conventum condiderunt.

5. Conventus Bergensis ad Zomam, fundatus anno 1542, una cum publico religionis catholicae exercitio in illo oppido desiit.

XIV. GUILIELMITAE.

In dominio de Huybergen, quod partim erat sub marchionatu Bergarum ad Zomam et partim sub districtu Ryensi [1], primitus exiguum oratorium Deiparae exstitit, ab Arnoldo de Lovanio, jure uxorio Bredae et Bergarum domino, in monasterium ordinis Guilielmitarum conversum circa an. 1270, evocatis religiosis ex Baseldonca, alias *Porta Coeli*, in agro Buscoducensi, quod primum Guilielmitarum coenobium in Belgio fundatum fuerat anno 1195 a Wynando de Basilea [2].

Fundator, anno 1287 moriens, in Huybergensi ecclesia sepeliri voluit, simul cum conjuge sua Elizabetha, Bredae haerede, anno 1281 defuncta.

Inter coenobii benefactores numerantur abbates Tongerloenses, qui fundum construendo coenobio contulerunt. Hujus abbatiae archivia testantur, ut refert Wichmans [3], religiosos Huybergenses circa an. 1350 desiderasse et postulasse Tongerloensium institutum amplecti. Ignoratur qua de causa effectus secutus non fuerit.

Monasterii ecclesia loci de Huybergen in hunc usque diem parochialis permansit.

[1] Pars illa quae praefecturae Ryensi accensebatur juris erat abbatiae Tongerloensis. Cfr. Le Roy, op. cit. pp. 141 et 490.

[2] Cfr. Coppens, *Nieuwe beschryving van het Bisdom van 's Hertogenbosch*, II, p. 252.

[3] *Brab. Mar.* lib. III, cap. 67.

Digitized by Google

XV. JESUITAE.

1. Initium Societatis Jesu Antverpiae Papebrochius [1] refert Iacobo Laynez, Jesuitae Hispano, uno ex decem primis S. Ignatii discipulis. Anno 1562 Antverpiam venit, seque in amicitiam Hispanorum mercatorum insinuavit, et eo successu ad illos sacras conciones habuit ut, illo discedente, alium ex Jesuitarum ordine concionatorem habere voluerint. Missus est ergo P. Payz; plures deinde accesserunt, et anno 1574 quorumdam liberalitate, in primis Ferdinandi Frias Hispani, empta est *domus Aquensis*, ad quam transmigrarunt. Mox juventus moribus ac bonis literis institui coepta, templumque ab episcopo Francisco Sonnio consecratum est [2].

Succedentibus turbis bellisque civilibus Antverpia exulare coacti, anno tantum 1585 rediere [3].

2. Anno 1607, quo senatus largitione *domum Anglicanae nationis* vulgo dictam obtinuerunt, *Domus professa* a collegio seu *domo Aquensi* separata fuit, sic tamen ut unus rector utrique domui praeesset, qui primus fuit Carolus Scribanius, vir scriptis clarissimus. Famosum domus illius templum, aere publico aedificari coeptum an. 1614, advecta ex Liguria materie summa impensa et ingenti marium tractu, an. 1621 consecravit Joannes Malderus, sub invocatione Virginis Deiparae et S. Ignatii. Estque haec prima basilica quae Societatis Jesu fundatori, anno 1609 canoni sanctorum adscripto, dedicata fuit. « Opus, inquit Pinius [4], ad gloriam Sancti posthumam maxime memorabile, in quo utique materia cum arte inter se de pretio certabant. Stabat quippe e solido ac polito marmore, tanta singularum partium symme-

[1] *Annales Antverpienses*, tom. III, p. 10. — Ampla apud Sanderum, op. cit. tom. III, p. 13 et seqq., legitur descriptio institutorum PP. Societatis Jesu apud Antverpienses.

[2] Vide supra, p. 32.

[3] Cfr. Papebrochius, op. cit. tom. IV, p. 213.

[4] In *Actis SS. Julii*, tom. VII, p. 846.

Digitized by Google

tria, tam eleganti totius molis harmonia spectabilis, adeo exquisitis et incomparabilibus manu Rubeniana pictis tabulis, per laquearia utriusque porticus superioris et inferioris horizontaliter appensis, quasi in aere pendentibus ac secundum optices regulas ingeniosissime elaboratis distincta, ut non minus Belgii delicium esset quam omnium spectantium admiratio. Steterat vero opus hoc annis fere centum, dum anno 1718 die 18 julii, fulmine tactum et in cineres redactum, ac anno 1719 mutata quidem materia sed servata tamen pristina forma restauratum fuit [1]. »

In eadem domo professa residebant Patres, *Bollandiniani* dicti, qui mira rei literariae et totius reipublicae christianae utilitati illustrandis Sanctorum actis allaborarunt, et quorum nunc societas felicibus auspiciis in ejusdem ordinis collegio S. Michaelis Bruxellis denuo coaluit et viget.

3. Ex *Aquensi* etiam domo ad *Anglicanam* seu *Domum professam* an. 1607 translatae sunt scholae literariae. Alumni cum Patribus habitantes in eodem refectorio edebant, unde nomen *Convictus*. Ampliorem vero gymnasio locum Patres nacti sunt an. 1654, empta domo in via *S. Jacobs merckt*, ad quam translati sunt juvenes simul cum eo Patrum numero qui ad dirigenda studia necessarius videbatur. Domus illa sub vulgari *Convictus* nomine substitit usque ad annum 1773, quo cum duobus aliis Societatis Jesu domiciliis Antverpiae extincta est.

4. Lyranum collegium, institutum an. 1615, emptis aedibus quas superiori saeculo condiderat Conrardus Schetz, inhabitabatur a Patribus tertiae probationis. Superest templum satis elegans, initio saeculi decimi octavi constructum, in quo hodiedum ejusdem ordinis Patres, priscam sedem denuo nacti, officia divina peragunt.

5. Collegium Bredanum, auspiciis archiducissae Isabellae, anno 1625 erectum, destructum fuit anno 1635, intercepta urbe a Batavis.

[1] Vide supra, p. 89.

Digitized by Google

§. II.

Monasteria faeminarum.

I. Albae sorores.

Albas sorores ordinis Poenitentium B. Mariae Magdalenae anno 1312 Antverpiae fundavit vir pius Gerardus, ut ad meliorem frugem conversis et poenitentibus faeminis daretur refugium. Simile ad hujus normam an. 1511 Bruxellis coenobium fundatum est [1].

II. Annunciatae.

Septem hujus ordinis moniales e conventu Lovaniensi anno 1608 Antverpiae habitationem inchoarunt, earumque ecclesiae anno 1615 aedificari coeptae primum lapidem posuerunt Belgarum principes Albertus et Isabella [2]. Ex hoc coenobio prodierunt Bruxellense et Marcoduranum in ducatu Juliacensi.

III. Begginae.

Begginae, ante saeculum XIII per civitates et pagos dispersim habitantes, eodem saeculo curias habere coeperunt, dum *Begginagia* seu curiae begginarum plurimae fundatae sunt per Brabantiam. In Antverpiensi dioecesi sex ejusmodi curiae numerantur.

1. Begginagium Antverpiense fundatum est anno 1230, in suburbano oppidi extra portam Cronenburgicam, ibique novum templum constructum est an. 1468. Curia illa funditus destructa an. 1542 bello Rossemiano, intra ipsa civitatis maenia novum begginagium exstructum est.

2. Lyranum, olim extra nunc intra oppidi muros situm, ex

[1] Vide Diercxsens, op. cit. tom. II, p. 35, et tom. III, p. 105.

[2] Cfr. op. cit. tom. VII, p. 33 et seqq.

Digitized by Google

tribus antiquioribus Brabantiae begginagiis esse creditur. Benefactores habuit Aleydem conjugem Henrici III et Joannem I. Templum hodiernum pulchrum et artificiosae structurae aedificari coeptum est anno 1664, excepto frontispicio anno tandem 1767 perfecto. Exeunte saeculo XVIII, ecclesiam destructioni a Gallis addictam aere suo coemerunt piae sorores Maria et Elisabetha Sanders begginae, eamque cultui divino conservarunt.

3. Herendaliense jam a saeculo decimo tertio institutum ab Arnoldo, curato ecclesiae Herendaliensis, anno 1597 intra oppidi moenia restauratum fuit, templumque post duos annos perfectum.

4. Turnhautanum non minus antiquum est, speciali favore principum ac sororum Joannae Brabantiae ducissae et Mariae Gelriae ducissae auctum ann. 1372 et 1399[1].

5. Hoogstratanum pariter antiquum est. Hujus prima fundatio refertur ad an. 1433, quo circiter tempore Franciscus Osternantius aedificia auxit. Isabella Hoogstratae domina, uxor Antonii Lalaini, an. 1550 curiam muro cinxit, aliaque begginis beneficia contulit.

6. Bredanum a Machthilde domina de Diest, uxore Godefridi domini de Breda, institutum circa an. 1250, variis deinde beneficiis a Bredae dynastis donatum est[2].

IV. Brigittinae.

Olim habuerunt monasterium in vico de Mishagen juxta Antverpiam sub dominio Eeckerensi, quod vulgo *Syon* dicebatur. Fundatum illud primo fuerat in Anglia an. 1416 ab Henrico V Anglorum rege. Sub Henrico VIII, fidei catholicae hoste infensissimo, moniales domum et patriam relinquere coactae sedem prope Antverpiam fixerunt. Hinc denuo in Angliam reversae sunt, regnante Maria, de mandato cardinalis

[1] Diplomata refert Le Roy, op. cit. p. 391.

[2] Vide diplomata apud Miraeum, tom. I, pp. 764 et 773.

Digitized by Google

Poli. Rebus mox turbatis, mortua regina, in Belgium ad primum locum redierunt. Belgio pariter per haereses et bella afflicto, primo ad Britanniam minorem confugerunt, demum post annos quatuordecim se in Lusitaniam receperunt, ubi monasterium splendidum et insigniter dotatum ipsis erexit circa an. 1580 Hispaniarum rex Philippus II.

V. Canonissae regulares ordinis S. Augustini.

Octo prioratus in dioecesi habuerunt, quinque Antverpiae, unum Lyrae et duos in marchionatu Bergizomensi.

1. Prioratus *B. Mariae Virginis praesentatae* fundatus fuerat anno 1494 in pago de Oostmal per Joannem Van der Schueren, ejus pagi indigenam, fratrem cujusdam Egidii monachi Corsendoncani in sanctitatis opinione defuncti an. 1483. Coenobium spirituali Corsendoncensium regimini subjectum fuit usque ad an. 1616, quando monialibus datus est director ex prioratu Rubeae Vallis. Religiosae fundationis locum deserentes, tandem Antverpiam commigrarunt, ibique juxta forum Bovinum novam habitationem erexerunt, et nomen *Oostmallen* retinuerunt [1].

2. Falco de Lampage, canonicus et ducalis monetae praefectus, circa an. 1350 in fundo suo *Facons-Hof* instituit hospitale, quod diu non stetit; quippe ab ipsius obitu cuncta quae possederat fisco regio addicta fuerunt. Joannes de Witthem, baro de Bautersem, locum a fisco redemit, et sex virginibus regulam S. Francisci professis concessit. Illae deinde claustrum et regulam S. Augustini assumpserunt, annuente Joanne episcopo Cameracensi, die 17 januarii 1422, qui loco nomen dedit *Onse Lieve Vrouwen Dael in Valkenbroeck*. Monasterio, quod capitulo Windesemensi incorporatum fuit, nomen *Facons* adhaesit [2]. Eo a Gallis suppresso, aedificia in cellas militares *(Casernes)* conversa sunt.

[1] Vide Diercxsens, op. cit. tom. VII, p. 316.
[2] Cfr. Diercxsens, tom. II, p. 193.

Digitized by Google

In ecclesia hujus coenobii erectum fuerat per Ludovicum de Romer sumptuosum sacellum in honorem S. Josephi. Sacelli fundationem et miracula ibidem ad invocationem illius sancti patrata late describit Bollandus[1].

3. Prioratus seu Leprosarium, vulgo *Ter-Sieken*, initia sua debet Henrico de Hollander, qui cruce signatus votum Hierosolymitanae peregrinationis explere non valens, in honorem S. Lazari hospitale exstruxit, ibique se infirmorum maxime lepra infectorum servitio mancipavit. Anno 1231 exstabat illud extra portam S. Georgii ad viam quae ducit in Wilryck. Refert Grammaye[2], primo fratres ministrasse aegrotis, postea eosdem cum sororibus, demum solas virgines, quibus velum et regulam S. Augustini Petrus de Alliaco, episcopus Cameracensis, imposuit, ejusque successor Henricus de Bergis instituta peculiaria praescripsit[3].

Moniales extra civitatem manserunt usque ad an. 1575, quo fugientes infestationes tumultuantium haereticorum Antverpiam se receperunt, ubi primum habitarunt retro ecclesiam S. Georgii, aliisque in locis, donec anno 1595 obtinuerunt locum amplum et commodum ad planitiem castri in platea *de Lepelstraet*, ubi exstruxerunt monasterium cum ecclesia et infirmaria.

Praeter antiquum Leprosarium *Ter-Sieken* erat et aliud cum sacello S. Jobo sacro extra portam Rubram decreto senatus

[1] *Acta SS.* tom. III martii, p. 118.

[2] *Antiq.* lib. II, cap. IX.

[3] Jam inde ab initio saeculi decimi tertii quaedam in Belgio leprosaria monasticam formam induerant. Leprosarium *Ter-Banck* dicitur religioni mancipatum an. 1216. Mechliniense dictum *Ter-Sieke* vocatur religiosa domus an. 1235, quando capellania ibidem fundatur. Anno 1236 episcopus Tornacensis praescribit regulam Leprosario Gandavensi. Anno 1242 episcopus Leodiensis statuta et formam professionis praescribit fratribus et sororibus domus Leprosorum in Cornelio-Monte. Sic et Leprosarium Antverpiense religionis formam habuit, et in eo sicut in aliis fuere fratres et sorores diversis claustris sejuncti.

Digitized by Google

rectum an. 1552, ne morbis contagiosis infecti sparsim in suburbiis degerent. Eorum domunculae lapideae steterunt usque ad initium saeculi XIX.

4. Prioratus *Vallis S. Margaretae*, vulgo *Ter-Nonnen*, congregationis S. Victoris, fundatus est an. 1288 extra muros civitatis prope portam S. Georgii versus septentrionem, probante Engelranno de Crequy, episcopo Cameracensi [1]. Ad instantiam decani et scabinorum Antverpiensium primae moniales evocatae sunt ex coenobio de Bieselingen in Bevelandia Zelandiae insula [2]. Destructo monasterio an. 1542 per Martinum Rossemium, intra civitatis muros confugerunt moniales, et aliud coenobium aptarunt ad plateam *de Lange-Nieuwstraet* [3].

5. Monialibus regularibus S. Augustini accensendae sunt illae quae circa annum 1730 Antverpiam venerunt, et communitatem erexerunt sub nomine *Spinssers* a nendo, quia hoc opificium in paupertate et simplicitate sua ad vitam sustentandam exercebant. Prima eorum sedes ab anno 1454 fuerat in Waelwyck in agro Buscoducensi, ubi inter eas vixerunt duae sorores Anna et Adriana ex illustri Nassoviorum stirpe, quarum una an. 1546 obiit in opinione sanctitatis. Licet regio ab haereticis occupata esset, moniales tamen in Waelwyck permanserunt satis securae (Nassoviorum favore, ut videtur) usque ad tempus quo Antverpiam delatae sunt.

6. Lyranum coenobium *Montis Pacis*, vulgo *Vredenberg*, pariter alia ex regione bellorum causa advenit. Fundatum fuit anno 1476 juxta Bredam in pago de *Ginneken*, locoque dicto *Woestenberg*, fundum donante Maria de Loon, Bredae domina,

[1] Vide diploma apud Miraeum, tom. I, p. 438.

[2] Grammaye et alii tradunt hujus coenobii fundatricem fuisse Margaretam, filiam ducis Brabantiae Henrici II, et abbatissam Vallis Ducis. Sed illa obierat jam inde an. 1277, ut patet ex epitaphio, quod refertur apud Miraeum, tom. III, p. 687. Forte titulus *S. Margaretae* assumptus fuit propter Margaretam conjugem marchionis Antverpiensis, cujus favore coenobium crevit.

[3] Vide Diercxsens, tom. I, pp. 309 et seqq.

Digitized by Google

vidua Joannis Nassovii, ejusque filio Engelberto [1]. Vastato coenobio per haereticos an. 1572, moniales aliquantisper haeserunt Bredae, donec ad preces prioressae Annae Van de Wouwere a Philippo Nassovio obtinuerunt facultatem emigrandi cum omnibus suis bonis, et Alberti et Isabellae Belgii principum consensu Lyram venerunt an. 1610. Emerunt ibi a Gasparo De Vetter, canonico S. Gummari, domum cum fundo adjacente juxta pontem S. Georgii in platea *de Kerkhofstraet*, et coenobium condiderunt quod substitit usque ad suppressionem anno 1796 factam.

7. Prioratus *S. Margaretae in valle Josephat* Bergizomae institutus est an. 1461 per Joannem de Glymes, dictum *Labeonem*, Bergarum dominum, qui amotis griseis sororibus canonissas regulares ibi posuit, curae et directioni canonicorum regularium in Corsendonck subjectas [2]. Desiit coenobium circa an. 1570 sub initio tumultuum Belgicorum.

8. Eodem tempore periit prioratus *de Emaus*, fundatus in pago de Hildernisse juxta Schaldim, sub marchionatu Bergizomensi.

VI. Capucinae.

Moniales illae Antverpiam admissae fuerunt an. 1644, fundatione inchoata per septem sorores ex conventu Burburgensi in Flandria evocatas, sumptusque necessarios suppeditante Adriano Moens S. T. L., primo earum directore [3].

VII. Carmelitae excalceatae.

1. Carmelitae seu *Theresianae Hispanae* Antverpiae anno 1611 institutae sunt, in loco dicto *den Rozier*, a venerabili Anna

[1] Vide diploma, quo Ludovicus Borbonius, episcopus Leodiensis, fundationem probat, apud Le Roy, op. cit. p. 465.

[2] Cfr. *Miraei Dipl.*, tom. IV, p. 623.

[3] Edidit *Privilegia Tertii ordinis S. Francisci*, etc. Antv. 1646, in-8°.

Digitized by Google

le S. Bartholomaeo quae post mortem miraculis inclaruit [1].

2. Accessit anno 1619 aliud ejusdem ordinis coenobium, fundatum a nobili matrona Anglica pro filiabus suae gentis. Inde *Theresianae Anglae* dictae sunt. Fundari coepit in via *de Hofstraet*, sed mox translatum ad opportuniorem locum in via *het Hoplant*.

3. Ex hoc coenobio prognatum est Lyranum an. 1648.

VIII. CLARISSAE PAUPERES.

1. Institutae fuerunt Antverpiae anno 1455 per Isabellam Lusitanicam, Burgundiae ducis Philippi uxorem, quae septem ordinis S. Clarae sorores e coenobio Trevirensi evocavit, templumque ac monasterium sex annorum spatio absolvi curavit. Anno 1581 Antverpia expulsae, per quadriennium Treviris exularunt, sed mox post reductam civitatem in suum monasterium restitutae sunt [2].

2. Ejusdem ordinis coenobium inchoatum fuit Hoogstratae an. 1449, a quinque piis virginibus quae bona sua in unum contulerunt, evocatis duabus monialibus e conventu Trevirensi, probante Innocentio VIII.

Nominatur *S. Maria in Corona*, eo quod fundus in quo monasterium sub praesidio B. Mariae Virginis exstructum fuit *Corona*, vulgo *de Croon*, dicebatur. Benefactores habuit Antonium Lalainum primum Hoogstratae comitem cum uxore sua Elizabetha Culemburgica, qui templum aedificare curarunt et illic sepulturam elegerunt [3]. Lovanienses, Bruxellenses et Wamelenses Clarissae ex hoc coenobio prodierunt.

[1] Vide supra, pp. 61 et 75.

[2] Cfr. Diercxsens, tom. III, p. 10, et tom. VI, p. 190.

[3] Hoc de intestinis intellige, nam corpora in ecclesia S. Catharinae condita sunt. Cfr. Le Roy, op. cit. p. 346.

Digitized by Google

IX. Dominicanae.

Antverpiam traductae sunt an. 1621 e conventu Tamisiensi in Wasia. Cfr. De Jonghe, *Belg. Dom.* p. 256.

X. Hospitalariae.

Sex hujus nominis monialium, aegrotorum curam habentium et regulam S. Augustini profitentium, coenobia numerantur in dioecesi.

1. Vetustissimum est Nosocomium Antverpiense, anno 1238 translatum ab agro seu *Atrio B. Mariae*, ubi prius fundatum fuerat extra oppidum, ad locum ubi nunc est aedificatum. Quod an. 1226 jam plures possessiones habuerit, patet ex bulla Honorii III, qui illud cum omnibus suis bonis in protectionem suscepit [1]. In hac bulla sicut et in aliis diplomatibus saeculi XIII titulum fert *hospitalis B. Mariae*, at postea titulus *S. Elizabethae*, Thuringiae lantgraviae anno 1231 defunctae, praevaluit, qui primo quidem reperitur in literis archidiaconi Cameracensis anno 1337 datis. Pleraque tum ab annis plurimis Belgii hospitalia patronam habebant S. Elizabetham, cujus filia Sophia, Brabantiae ducis Henrici II uxor, matris vestigia premens pietatis operibus plurimum erat addicta, et hospitalis Lovaniensis erectionem seu reformationem promovisse creditur.

Olim in hospitali Antverpiensi aegrotorum cura habebatur per utriusque sexus religiosos, postea vero solis monialibus concredita fuit.

2. Nosocomium *S. Elizabethae* Lyranum inchoatum est in vico dicto *Pettendonck*, tunc temporis extra oppidi moenia sito, deservientibus pariter utriusque sexus religiosis [2]. Anno 1236 intra moenia translatum est. Interjecto ducentorum fere anno-

[1] Cfr. Diercxsens, tom. I, p. 195.

[2] Exteriora moenia effossa sunt an. 1389.

Digitized by Google

rum spatio, moniales quae tunc solae erant regulam S. Augustini amplexae sunt, habitum nigrum cum velo gestantes, earumque superior *domina* et caeterae religiosae *domicellae* nuncupabantur, idque usque ad annum 1608 quo ab episcopo Joanne Miraeo reformatae sunt ad morem Antverpiensium [1]. Statuit inter alia praesul, ut pro velo nigro album gestarent, et ut loco *dominae* ac *domicellarum* adhiberetur nomen *matris* et *sororum*.

3. Herendaliense nosocomium initio saeculi XIII fundatum dicitur, in eo pariter utriusque sexus religiosis aegrotorum curam habentibus.

4. Turnhautanum, inchoatum anno 1300, primum dotatum fuit civium nonnullorum munificentia. Brabantiae dux Joannes II dotationem non tantum approbavit, sed eamdem fundis auxit, ita ut illius hospitalis fundator habeatur [2]. Hospitale illud, primitus pro peregrinis infirmis et extraneis fundatum, magistratus Turnhautanus in Nosocomium erigi curavit ad beneplacitum episcopi Antverpiensis [3]. Itaque anno 1608, Joannes Miraeus hospitale in coenobium seu Nosocomium mutavit, et evocavit e Nosocomio Lyrano Annam de Kindere, quam primam matrem constituit virginum quae sub S. Elizabethae patrocinio S. Augustini regulam profiterentur. Miraeus, antequam literas erectionis dedisset, obiit; eas vero, quae pactorum Miraei et archiducum Alberti et Isabellae indulti mentionem faciunt, publicavit Johannes Malderus die 27 augusti 1611 [4].

5. Hospitale Bredanum antiquissimum est; jam enim anno 1246 memoratur in Godefridi III Bredae domini testamento,

[1] Vide supra, p. 50.

[2] Anno 1311 in perpetuum concessit ad pauperum usus animalia inventa intra tertium a municipio lapidem.

[3] Literas scabinales refert van Gorcom, *Beschryving van Turnhout*, p. 164.

[4] Exstant apud Le Roy, op. cit. p. 393.

Digitized by Google

quo eidem quemadmodum et hospitali Bergizomensi donat tres libras Lovanienses [1].

6. Hospitalis Bergizomensis antiquitas patet ex citato testamento Godefridi III Bergarum quoque domini.

XI. Nigrae sorores.

1. Vero simile est sorores Cellitas, quae hodie *Sorores nigrae* dicuntur eodem saeculi XIV initio coepisse, quo *Fratres Cellitae* seu *Alexiani* Antverpiam adventarunt; erant enim ejusdem instituti, et sicut *Cellitae* dicti sunt *Mate-Mannen* (sive a societate in qua vinculo charitatis uniti erant, sive a parcimonia vitaque moderate instituta), sic hae sorores olim dicebantur *Mate-Wyven*. Initio Antverpiae non habebant fixum domicilium, sed ab una ad aliam civitatem euntes, quaerebant opportunitatem exercendi opera charitatis instituto suo propria [2]. Henricus Zuyderman, mercator Germanus [3], hoc institutum promovere volens, anno 1345, eis assignavit domum suam sitam extra portam Vaccarum. Sic autem eam domum fundavit, ut in ea sorores fixum domicilium haberent, et in ea quoque reciperentur sorores ejusdem instituti euntes et redeuntes, ex quacumque regione venirent, modo essent bonae vitae ac famae [4]. Assentiente Julio II, anno 1506 regulam S. Augustini professae sunt. Anno 1519 novum fundum emerunt et in eo constructum est coenobium quod *Mons Calvariae* dicitur.

2. Incertum est quonam tempore Nigrae Sorores Lyram advenerint. An. 1454 monasterium habebant in platea dicta de *Prooststraet*. Eodem anno magistratus pro eis emit domum, quam hucusque inhabitant, cum fundis contiguis anno 1600 per eas-

[1] Exstat apud Van Goor, *Beschryving der stad en lande van Breda*, p. 416.

[2] Vide Diercxsens, t. II, p. 2.

[3] Ejus et uxoris ipsius effigies exstat adhuc apud Nigras sorores Antverpienses.

[4] Op. cit. tom. II, p. 90.

Digitized by Google

dem emptis. A capitulo S. Gummari anno 1515 ipsis concessum fuerat exstruere capellam in earum domo, ea adjecta conditione ut nullum officium divinum perageretur tempore servitii parochialis ecclesiae, neque campanam pulsarent, et annue capitulo aliquam recognitionem solverent. Anno autem 1638 aedificata fuit nova ecclesia cum nonnullis aliis aedibus.

3. De fundatione monasterii Hoogstratani nihil mihi innotuit.

XII. Canonicae praemonstratenses seu norbertinae.

1. Praepositura *Vallis S. Catharinae* in Oosterhout, sub baronatu Bredano, primitus fundata fuit in agro Bergizomensi circa Woudum, ad an. 1269, a Servatio de Liedekerke ejusque uxore Ymmezoeta [1]. Consecrata in honorem S. Catharinae ecclesia, monasterium anno 1271 ordini praemonstratensi incorporatum fuit, et praemonstratensi abbati immediate subjectum. Arnoldus de Lovanio, Bredae dominus, novum monasterium multis agris donavit, in Woude, Gastel, Roosendael et alibi sitis. Verum quum anno 1288 effractis aggeribus in Lillo tota terra circumjacens aquis esset obruta, etiam coenobium cum vicino tractu annis pluribus sub aquis jacuit. Monialium misertus Raso de Gavera, Liederkerkae et Bredae dominus, cum Aleyde conjuge sua illas Bredam evocavit anno 1295, et pro tempore in hospitali collocavit, pauperibus et infirmis ibidem ministraturas [2]. Obtento deinde commodiori loco, relicta cura hospitalis, pristinam regulae suae normam amplexae sunt. Vixisse putantur absque perfecta clausura usque ad an. 1463, quo ad instantiam Joannis Nassovii Bredae domini clausura perfecta introducta sub Pio II die 20 junii. Earum ecclesia, quae Bredae cernebatur, an.

[1] Ita in Necrologio legitur, inquit Wichmans, *Brabant. Mar.* p. 791. Servatius ille potius *Raso de Liederkerke* dicendus est. Immezoeta seu *Aleydis* filia erat Arnoldi de Gaesbeke cujus uxor filia erat Godefridi IV Bredae domini.

[2] Vide diploma apud Miraeum, tom. IV, p. 575.

Digitized by Google

1504 in honorem SS. Trinitatis et S. Catharinae consecrata fuit.

Inter continuos saeculi XVI tumultus religiosae ad exiguum numerum fuerant redactae; anno itaque 1627, reducta ad regis obedientiam Breda, novae moniales ex coenobio Herendaliensi ad disciplinam restituendam advenerunt. Verum an. 1637 occupata rursus urbe a Batavis, receperunt se in vicinum pagum de Oosterhout. Subjacebat haec praepositura abbati Parcensi juxta Lovanium.

2. Herendaliensis praepositura, vulgo dicta *Hortus conclusus B. Mariae*, pro virginibus Norbertinis fundata est an. 1411 ab Arnoldo de Crayenhem, domino de Grobbendonck, ejusque conjuge Joanna de Steyvoirt [1]. Perperam aliqui asserunt, eas fuisse secutas regulam S. Augustini, subjectasque directioni canonicorum regularium de Corsendonck; ab ipso enim fundationis initio institutum Praemonstratense simul cum clausura perpetua amplexae sunt, et subjectae abbati Tongerloensi ac priori Carthusianorum in Zeelhem prope Diesthemium [2]. Ad novam hanc praeposituram venerunt moniales quatuor ex monasterio Vallis Liliorum tunc adhuc existente in pago de Hombeeck prope Mechliniam, iisque mox adjunctae fuerunt novem virgines saeculares et duae conversae.

Abbates Tongerloenses hujus monasterii benefactores munifici exstiterunt, ex quibus Joannes de Westerhoven ecclesiam exstrui fecit, quae die 25 maii 1510 in honorem Deiparae Virginis a Cameracensi suffraganeo dedicata fuit.

Superstites moniales, post suppressionem anni 1797, in unum congregatae sunt in castro de Broechem, ibidemque quoad per aetatem licuit Praemonstratensium regulam observarunt usque ad annum circiter 1836 (quo ultima earum obiit) sub earum praeposito Leonardo Juveyns, canonico Tongerloensi, qui praeposituram gessit ab anno 1794.

[1] Exstat fundationis diploma apud Miraeum, tom. II, p. 1331.

[2] Wichmans, op. cit. p. 778.

Digitized by Google

3. Aliud Virginum Praemonstratensium coenobium Antverpiae haec habuit initia. Quum moniales Vallis S. Catharinae in Oosterhout exularent, occupato Bredano suo monasterio a Batavis, anno 1644 ab episcopo Gaspare Nemio et a magistratu Antverpiensi impetrarunt veniam erigendi refugium, quo quieti et securitati suae consulerent. Ad inhabitandum refugium missae sunt tres religiosae, quibus praeerat Catharina Snyers Antverpiensis, quae brevi temporis spatio plures alias ad professionem acceptavit, ita ut anno 1655, auctoritatem facientibus episcopo Ambrosio Capello et oppidi magistratu, refugium hoc in praepositurarn commutatum fuerit et abbati Tongerloensi subjectum [1]. Ultima coenobii priorissa, Antonia Joanna Theresia Van der Wee, obiit Antverpiae die 15 martii 1830.

4. Fuit et olim Antverpiae alterum Norbertinarum monasterium, quod *Fossatum* dicebatur [2], B. Mariae Magdalenae sacrum, quodque cum abbatia S. Michaelis saeculo XII coeperat. De eo fit mentio in literis Lietardi, episcopi Cameracensis, anno 1135 datis [3]. Erectum autem erat in coemeterio S. Michaëlis ad capellam B. Mariae Magdalenae, quo in loco non diu stetit. Nam, quum anno 1137 in capitulo generali decretum fuerat ut foeminarum monasteria a virorum claustris penitus separarentur, cessavit hoc coenobium; quo autem moniales translatae sunt nescitur. Verosimilis conjectura est, inquit Papebrochius [4], quod transierint ad suburbanum quoddam, ab earum commemoratione *Nonnarum Campus*, vulgo *Nonne-Velt* dictum [5]. Anno 1155 adhuc erant

[1] Literae episcopi et abbatis Praemonstratensis leguntur apud Sanderum, op. cit. tom. I, p. 133. Vide etiam supra p. 65.

[2] Ideo forte, ut dicit Le Roy, quod coenobium fossis cinctum erat et sejunctum a monasterio religiosorum.

[3] Exstant apud Diercxsens, op. cit. tom. I, p. 156.

[4] In Actis S. Norberti, p. 938.

[5] Non satis firma erit illa conjectura, si denominatio haec originem haberet a Victorinis, quae an. 1280 in suburbio fundatae sunt. Vide supra p. 233.

Digitized by Google

sub cura abbatis S. Michaëlis; hoc enim anno Brabantiae dux Godefridus III bona quaedam ecclesiae S. Michaelis donata eidem confirmat sub conditione *quod filiam quamdam Beatricem ad conversionem susciperet et religionis habitum ei traderet* [1].

XIII. Sepulchrinae.

Anno 1662 priorissa conventus S. Sepulchri, in oppido Hasselletensi, ordinis S. Augustini, supplicavit magistratum Turnhoutanum, quatenus coenobii sui sororibus aliquibus liceret domicilium figere Turnhouti ad instruendam et formandam juventutem. Consensus datus est die 24 martii 1662, et postridie conditiones, a magistratu positae, acceptatae fuerunt. Mox secuta est approbatio ex parte principissae Amaliae de Solms, viduae principis Auriaci, tamquam baronissae de Turnhout. Mense octobri ejusdem anni episcopus Ambrosius Capello instituit quatuor religiosas cum una sorore conversa in domo sita in platea *Paepenstraetje*. Paulo post transmigrarunt ad aliam domum sitam in platea *de Audaen-straet*, et obtinuerunt licentiam erigendi sacellum domesticum pro se suisque scholaribus. Anno 1673 emerunt aliam domum in platea *de Herenthalsche-straet*, quam in coenobium aptarunt, ibique ecclesiam construxerunt, quae perfecta fuit cura Caroli Ludovici de la Rue, directoris hujus conventus et deinde decani capituli Turnhoutani [2].

XIV. Tertiariae.

1. Coenobium de *Luythagen*, sic dictum a vico sub pago de Mortsel prope Antverpiam sito, conditum et dotatum fuit anno 1496 a Joanne de Ranst, domino de Cantickrode seu Cantecroy, de Mortsel et de Busegem seu Edegem, ejusque conjuge Agneta de Huysvelt, pro habitatione sex sororum tertiae regulae S. Fran-

[1] Apud Sanderum, tom. I, p. 112.
[2] Vide supra p. 174.

Digitized by Google

cisci in honorem S. Annae. Saeculo XVI primum a Martino Rossemio, deinde ab iconoclastis moniales devastationem passae sunt et ad civitatem confugerunt. Post sancitas inducias monasterium restaurarunt; sed, quum post duodennium induciarum expirationem praevideretur bellum, episcopus Joannes Malderus an. 1621 moniales in civitatem revocavit, quae illic novum construxerunt monasterium a prima illius sede *de Luythagen* dictum. De hoc coenobio fuse agit Diercxsens, tom. VII, p. 125 et seqq.

Vetus monialium sacellum in Luythagen substitit usque ad finem saeculi XVIII, quo sub Gallorum dominatu demolitum fuit. Superstites coenobii aedes inhabitat colonus.

2. Lyrae coenobium de *Syon* sub eadem regula institutum fuit an. 1468 juxta coemeterium *Clusae S. Gummari*, ad preces Elizabethae Robyns pro piis aliquibus filiabus quae huc advenerant ex Hasseleto, et paulatim auctae labore manuum suarum victitabant, nulli clausurae adstrictae, quam tamen postea acceperunt ab episcopo Cameracensi. Coenobium hoc die 16 augusti 1468 a capitulo S. Gummari admissum est, eique concessum ut confessarium eligerent presbyterum saecularem, qui capitulo subesset et tamquam caeteri capellani processiones concomitaretur. Praeterea cautum est ut coenobium in recognitionem penderet capitulo *duos florenos bonos et legales monetae quatuor electorum imperii*, item unum pastori S. Gummari; ut pro quolibet canonico defuncto legeretur officium defunctorum ac missa celebraretur, et ne religiosarum numerus excederet sexaginta. Conditiones illas admisit praedicta Elizabetha Robyns, quae fuit prima mater seu priorissa.

3. Aliae ejusdem regulae religiosae *Grauw-Zusters* dictae, quae extra conventum aegris inserviunt, ex Leeuwa Antverpiam advenerunt anno 1679.

XV. Ursulinae.

Ursulinae, quarum primarium intentum erat instructio puel-

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Philippus [illegible] [illegible] [illegible]

jurisdictio Antverpiensi concredita permaneret. Sic factum est, ut ex illorum episcoporum praerogativis episcopus Antverpiensis habuerit collationem nonnullorum pastoratuum ac beneficiorum [1].

Eadem bulla pontificia instituitur *archipresbyteratus civitatensis pro uno archipresbytero civitatensi qui* in civitate *curam rectorum parochialium ecclesiarum haberet* [2]; reliquae vero ecclesiae in dioecesi existentes arbitrio episcopi distribuendae erant in decanatus. Mox itaque post admissionem novi episcopi, anno scilicet 1570 sub Francisco Sonnio, episcopatus extra civitatem divisus fuit in sex decanatus pro totidem decanis seu archipresbyteris ruralibus, hoc ordine : 1. Antverpiensem, 2. Lyranum, 3. Herendaliensem, 4. Hoogstratanum, 5. Bredanum, 6. Bergensem ad Zomam. Horum decanatuum quatuor priores ab episcopatu Cameracensi, posteriores duo a Leodiensi potissimum desumpti fuerunt. An omnes isti decanatus antea ita substiterint sub prioribus respectivis episcopatibus, non plane liquet; saltem divisio illorum non sic stetit, nam plura loca, quae olim fuerunt sub episcopatu Leodiensi, jam inde ab anno 1570 decanatibus Antverpiensi et Hoogstratano subjecta leguntur.

Loca singulis decanatibus assignata enumerat Diercxsens ex veteri registro Landecani Antverpiensis [3]. Hunc indicem contuli cum altero indice MS., sub Laevino Torrentio exarato, et cum *Libro archidiaconali,* codice MS. an. 1718 confecto. Ex ea collatione comperi loca quaedam tanquam ad dioecesim Antverpiensem spectantia in *Bulla Limitum* enumerari [4], quae tamen in Registro a Diercxsens citato et in altero nostro indice MS. ac in *Libro archidiaconali* non recensentur. E contra in tribus illis documentis plura reperiuntur loca quae in *Bulla Limitum*

[1] Eo etiam titulo conferebat octo canonicatus Turnhouti. Cfr. supra, p. 171.

[2] Vide supra, p. 153.

[3] Op. cit. tom. IV, p. 209.

[4] Talia sunt *Batle, Berecht* (paulo infra recensetur *Brecht*), *S. Bernardes, Denrien, Eiche, Emmersel, in 't Kaem, Terloer* et *Zoerle.*

Digitized by Google

minime enumerantur. Hujus discrepantiae causam esse arbitror, quod in *Bulla Limitum* locorum quorumdam nomina amanuensium errore male scripta fuerint, quodque post episcopatus erectionem, aucto incolarum numero, loca non pauca in parochias erecta sint, ut ex infra dicendis plenius constabit.

Caeterum decanatuum catalogi, quibus in sequenti descriptione utor, inter se quandoque diversi sunt. Ex eo illud profluxit, quod tractu temporis loca nonnulla vel in parochias erecta vel ab uno ad alium decanatum translata sint.

Ad illustrandam hanc descriptionem cui plurimum mihi profuit codex MS. ex bibliotheca Cornelii Francisci de Nelis addidi tabulam seu Cartam topographicam olim a Petro Verbist Antverpiensi aere incisam et ab eo dedicatam *Reverendissimo Joanni Maldero, episcopo Antverpiensi, praelato monasterii S. Bernardi, domino de Hoevis, Hemissem, etc., studiosissimo theologiae et liberalium artium fautori*. Alteram nactus sum minoris formae vetustiorem dioeceseos cartam in decanatus distributam, et forte tempore Laevini Torrentii exaratam. Illam contuli cum carta Malderiana quae libellum nostrum exornat.

§. II.

Archipresbyteratus civitatensis.

De archipresbytero civitatensi satis superque dictum est supra, p. 151. Suberant illi ecclesiae novem.

1. Plebania.

Cura spiritualis fidelium sub parochia ecclesiae cathedralis concredita erat Plebano. Haec cura anno 1693 divisa in *plebaniam partis australis* et in *plebaniam partis septentrionalis*. Vide supra p. 158.

2. Ecclesia S. Jacobi.

In parochialem erecta an. 1477. Vide supra p. 177.

Digitized by Google

3. Ecclesia S. Walburgis.

S. Amandus, primus Antverpiensium episcopus, inter annum 631 et an. 639 [1], ecclesiam construxit *infra Castrum Antwerpis, super fluvium Scalde in honorem SS. Petri et Pauli, apostolorum principum vel caeterorum sanctorum,* prout legitur in diplomate Rohingi an. 726 [2]. Constans traditio est, Virginem Anglo-Saxonam S. Walburgem (anno 776 defunctam) Antverpiae substitisse, dum in Germaniam tenderet, eamque solitam fuisse preces fundere in crypta illius ecclesiae, quae pluries destructa et reaedificata, tandem anno 1236 in honorem S. Walburgis et S. Catharinae consecrata est [3].

In hac ecclesia sic consecrata institutus est sacerdos saecularis, qui pro populi commoditate divina perageret, poenitentiae et eucharistiae sacramenta ministraret et nubentibus benedictionem impenderet. Ex eo aliqui deducunt hanc ecclesiam illo jam tempore in parochiam erectam fuisse; attamen constat eam non nisi an. 1479 obtinuisse fontem baptismalem, extremam unctionem et jus sepulturae [4]. Sacerdos in hac ecclesia institutus jam inde ab an. 1258 dicebatur *Plebanus beatae Walburgis*, et an. 1374 in eadem decantabantur horae canonicae ac capellani habebant distributiones.

Exeunte saeculo XVIII, sub Gallorum dominatu, destructa est haec ecclesia quae omnium prima et antiquissima habita est.

4. Ecclesia S. Georgii martyris.

Capellae S. Georgii anno 1304 a capitulo B. Mariae Virginis

[1] Henschenius hoc differt ad an. 660.

[2] Apud Miraeum tom. I, p. 10. Cfr. *Acta SS. Belgii*, tom. IV, p. 206.

[3] Gramaye consecrationem refert ad an. 1256, Papebrochius vero ad an. 1249.

[4] In ea ecclesia jam a quatuor saeculis celebris erat cultus S. Walburgis. S. Catharinam additam fuisse putat Papebrochius propter dejectam eo circiter tempore capellam prope Burgum, S. Catharinae sacram.

Digitized by Google

concessa fuerunt jura parochialia, excepto fonte baptismali, quem obtinuit anno 1477 [1]. Ecclesia exeunte saeculo XVIII eversa fuit.

5. Ecclesia S. Andreae.

In parochialem erecta anno 1529. Cfr. Diercxsens, tom. IV, p. 48.

6. Ecclesia S. Jacobi in Arce.

Die 21 julii 1571 novae Arci, ab Albano excitatae, benedixit episcopus Sonnius, et in ea sacravit fundum in quo exstruenda erat sub titulo SS. Philippi et Jacobi ecclesia parochialis. Hanc an. 1574 idem episcopus consecravit et in parochialem erexit, eique concessit fontem baptismalem et alia jura parochialia, designans ei parochianos omnes Arcem inhabitantes, et consequenter Arcem dimembrabat a parochia S. Georgii sub qua antea comprehendebatur. Quum hoc ab episcopo factum fuerat sine interventione capituli cathedralis, lis mota est coram abbate S. Gertrudis Lovanii, judicis et conservatoris privilegiorum capituli. Sed capitulum an. 1575, in erectionem consensit sub certis conditionibus desuper initis cum pastore et gubernatore Arcis. Cfr. Diercxsens, tom. V, p. 212 et seqq.

7. Ecclesia S. Willibrordi.

Paucis annis ab obitu S. Willibrordi, qui extremum diem clausit an. 738 vel juxta Mabillonium an. 741, in honorem tanti patriae nostrae apostoli erecta est in suburbano Antverpiensi capella quae suberat plebano Antverpiensi. Anno 1304 in parochiam erecta, proprium vicarium seu pastorem accepit, praeterquam quod non nisi anno 1441 fontem baptismalem obtinuerit [2]. Ecclesia, variis temporibus aucta, exusta fuit anno

[1] Concessionis diploma refert Scribanius, *Orig. Antverpien.* cap. X. Cfr. supra p. 158.

[2] Vide supra p. 158.

Digitized by Google

42. In loco priori vicino reaedificata, rursus conflagravit tem-
re iconoclastarum an. 1566. Post pacem factam inter Hispa-
s et Foederatos Belgas an. 1648, incolae parochiae S. Willi-
ordi coeperunt sibi novam construere ecclesiam, quam die
maii 1654 consecravit episcopus Ambrosius Capello. Ad illam
ducta est imago lignea Sanctissimae Virginis Deiparae, ab
memoriali tempore cultu celebris, de cujus imaginis recogni-
one et patratis illic per B. Mariae Virginis intercessionem mira-
lis plura referunt Wichmans, *Brab. Mar.* p. 363, et San-
rus, *Brab. illustr.* tom. III, p. 361.

8. Ecclesia S. Catharinae de Kiele.

Ad meridionalem regionem civitatis Schaldi proximam situs
t vicus *Kiele.* Destructa illuc per Martinum Rossemium Car-
usia cum Begginagio et monasterio Vallis S. Margaretae [1],
ullus in hoc vico admodum populoso supererat anno 1557 locus
cer nisi sacellum perquam exiguum. Incolae itaque, pro divinis
ecurrere debentes ad parochiam S. Georgii moenibus inclusam,
etierunt a nuncio apostolico Carolo Caraffa erectionem paro-
hiae, quae concessa fuit, sed non ad effectum perducta defectu
otationis requisitae in concessione [2]. Tandem erecta est capella,
uam anno 1563 Martinus Cuperus, suffraganeus Cameracensis,
onsecravit *sub invocatione S. Catharinae, SS. Sebastiani et An-
onii una cum coemeterio eidem capellae adjacente nec non fonte
aptismali pro prolibus ipsorum inhabitatorum tempore nocturno
ut alia necessitate id exigente baptizandis posito* [3].

Non diu stetit haec capella; post paucos enim annos de-
tructa est occasione novae Arcis ab Albano constructae. Manse-
unt incolae sub parochia S. Georgii usque ad an. 1659 quo
recta est in suburbio parochia S. Laurentii, cui subjecta fuere

[1] Vide supra, p. 223, 229 et 233.
[2] Vide Diercxsens, tom. IV, p. 171.
[3] Ita consecrationis literae, ibid. p. 235.

Digitized by Google

omnia quae parochia S. Georgii habebat extra muros, scilicet *Het Kiel*, *Beirschot*, *Marckgravelye*, *Harinckrode*, *etc.*

Kielenses, aegre ferentes erectionem illius parochiae, institerunt ut propriam haberent intra vici sui terminos. Hinc anno 1683 cum consensu episcopi coeperunt novam capellam exstruere, adjecta conditione ut id suis sumptibus agerent. Verum, consumptis pecuniis, litem intentarunt capitulo cathedrali, contendentes capellam suam debere esse ecclesiam parochialem; sed causa ceciderunt per sententiam latam a concilio Brabantiae die 30 martii 1690.

9. Ecclesia S. Laurentii in Marckgravelye.

Anno 1659 pro toto suburbio meridionali in vico *de Marckgravelye* exstructa est ecclesia quam episcopus Ambrosius Capello literis suis de die 27 septembris ejusdem anni in parochialem erexit. Fundum dictum *Visput* et sumptus ad ecclesiam exstruendam contulerat pia quaedam domicella, Victoria Candida Trognesia. In eo fundo stetit ecclesia usque ad an. 1814, quo in obsidione Antverpiensi a Gallis dejecta fuit. Nova autem anno 1824 exstructa est versus meridiem in loco ab Arce remotiori.

Ecclesiarum hucusque enumeratarum collatio spectabat ad capitulum cathedrale, excepta ecclesia S. Jacobi in Arce, quae regiae collationis erat.

§. III.

Decanatus ruralis Antverpiensis.

1. Aertselaer. C. 720 [2].

Pagus populosus et variis praetoriis ornatus, quibus omnibus praelucebat Cleydael, praedium et habitatio domini de Aertselaer.

[1] Literas refert Diercxsens, tom. VII, p. 361.

[2] Literae *C* et *L* vel *U* junctae locorum nominibus indicant ea loca olim,

Digitized by Google

In parochiali hujus loci templo visitur monumentum *Antonii Delrio domini de Cleydael et Aertselaer et dominae Eleonorae Lopes, fidissimae ejus uxoris, quod sepulchrum vivi sibi, haeredibus ac successoribus suis, totique retro posteritati poni curarunt*, institutis duabus missis singulis septimanis pro salute animarum parentumque suorum dicendis pio erga Deum ejusque cultum affectu, posteris autem suis ut quid et ipsi facere debeant proponeretur exemplum, chorum repararunt, et variis additis ornamentis exornarunt, SS. in primis Sacramento domo exaedificata et super summum altare imagine collocata, aliis quoque multis beneficiis hac ecclesia ditata in Christi gloriam et honorem, refectis iis quae fracta contaminataque fuerant ab haereticis anno 1566, ut habet inscriptio monumenti.

Ex diplomate Franconis Tungrensis atque Leodiensis Ecclesiae praesulis, qui vixit saeculo IX, compertum est attinuisse ad monasterium Lobiense universam decimam de Aertselaer, ex dono S. Raynildis (de qua infra in parochia de Contich). Porro jam olim participantes illius decimae fuere loci pastor, coenobiumque de Roosendael, ac tandem saeculo decimo sexto, quod reliquum manserat Lobiensibus, a praefato coenobio acquisivit cardinalis Granvellanus, aut Nicolaus Perrenot ejus pater, cujus posteri jus suum transcripserunt saeculo decimo septimo Joanni de Cordes, cujus meminit diploma Francisci de Perrenot, relatum apud Le Roy, op. cit. p. 119.

Porro ecclesia hujus loci inscripta est S. Leonardo martyri. Curae pastoralis cum capellania S. Barbarae et custodiae collator erat dominus de Cantecroy ex transcriptione praedicti monasterii Lobiensis ad Sabim.

ante episcopatus Antverpiensis erectionem, fuisse dioeceseos *Cameracensis*, *Leodiensis*, aut *Ultrajectensis*.

Numerus vero indicat *Communicantium numerum anno* 1718, quem quotiescumque illam indicationem assequi potui, descripsi ex *MS. Libro Archidiaconali*, anno 1718 confecto, ut §. I, p. 245 dictum est. Statistica ejusmodi indicatio suam sane utilitatem habet.

Digitized by Google

2. Austruweel. C. 130.

Memoratur sub nomine *Oustruwele* an. 1210 in donatione ducis Brab. Henrici I, apud Diercxsens, tom. I, p. 178. Collatio ecclesiae, S. Joanni Bapt. sacrae, spectabat ad capitulum cathedrale Antverpiense.

3. Berchem. C. 750.

Ad collationem ejusdem capituli spectabat ecclesia Apostoli Willebrordi, quae ad annum 1388 pulchro schemate extructa fuit, sed ab haereticis vastata anno 1584, pristino vero nitori restituta an. 1610, uti habetur ex inscriptione lapidis in extrema meridionalis parietis parte.

4. Beirendrecht. C. 400.

Hujus pagi dominium a principe an. 1674 transcriptum fuit abbatiae S. Michaelis Antv., uti latius patebit ex dicendis infra ubi de parochia de Zantvliet agetur.

Capella S. Joannis Baptistae de Beirendrecht infra ambitum parochiae S. Michaelis Antverpiensis erat ad annum 1124, uti constat ex diplomatibus Burchardi et Lietardi episcoporum Cameracensium.

Exstabat in hac parochia ac dominio, non autem in dominio de Zantvliet, ut male notavit Le Roy in Not. S. R. I. cap. 16, capella S. Mariae Magdalenae dicata, concessa olim Antverpiae S. Norberto anno 1124, unde huc translata anno 1254, consensu Petri cardinalis legati Alexandri IV, quam injuria bellorum eversam restauravit Chrysostomus Vandersterre, abbas S. Michaëlis Antverpiae anno 1684.

5. Borsbeke. C. 225.

Guilielmus Nose Antverpiense hospitale an. 1232 dotavit agris in hac parochia sitis. Collator ecclesiae erat abbas S. Michaëlis Antv., qui ad curam pastoralem assumebat ex monasterii sui gremio presbyterum.

Digitized by Google

6. Brasschaet. L.

Parochia quidem erat, sed in temporalibus pago de Eeckeren obnoxia, quemadmodum *Capelle* et *Hoven*. In diplomate Walteri de Berthout anni 1267 quoad decimas de Eeckeren (apud Miraeum, tom. IV, p. 249) vocatur *Breesgata*, et in Bulla Limitum Pii IV *Brexcaten*.

7. Capelle sive Hoogenschot. L. 280.

Capella *S. Jacobi in Hogescote* ante annum 1277, parochialis fuit, ut constat (apud Butkens in probat. ad lib. VII *Trophaeorum Brabantiae*, p. 218) ex diplomate Arnoldi de Lovanio cum Elisabetha uxore domina terrae de Breda transcribentis monasterio loci S. Bernardi ad Schaldim decimam *in Hogescote sitam in parochia S. Jacobi juxta Ekerne*, item jus patronatus in S. Jacobo ibidem. Eo quidem titulo *Capellae* patronatum nactus est abbas S. Bernardi et parochus ex illo coenobio assumebatur.

8. Contich. C. 1400.

Testatur Le Roy [1], se ex archivis coenobii Lobiensis didicisse pagum hunc saeculo VII spectasse ad S. Raynildem, Witgeri comitis filiam, cujus vitae scriptor [2] perperam *Condacum castrum* super *Scelt* fluvium collocat, ratus *Condacum* esse Hannoniae oppidum, ad Hainae et Schaldis confluentes, quum *Condacum* esse videatur pagus insignis medio inter Mechliniam et Antverpiam spatio aliquot millibus passuum a Schaldi; nam quum patrimonium suum S. Raynildis Lobiensi coenobio tradiderit, « fatentur Lobienses (ut addit Le Roy) se amplissima bona Contaci (quod vulgo nunc *Contich* dicitur) possedisse et jura etiamnum quaedam retinere, caeteris cardinali Granvellano venditis; Condati vero negant se quidquam possidere, aut meminisse a majoribus suis possessum. »

[1] Op. cit. p. 142.
[2] *Acta SS. Belgii*, tom. IV, p. 642.

Digitized by Google

Idem olim suspicabatur Molanus, dum in natalibus SS. Belgii ad diem 16 julii, quo S. Raynildis colitur, ait : *Examinent vero Belgicarum antiquitatum studiosi, an nata sit Condato Hannoniae oppido, an vero Contaci apud Antverpiam.*

Curam pastoralem hujus ecclesiae cum duabus capellaniis divae Virginis et S. Martini, et sacrarii custodia seu matricularia, conferebat dominus de Cantecroy.

Anselmo in *Triboniano Belg.* cap. I, §. 19, et cap. LXXXIX, §. 13, refert arrestum curiae Brabantiae, quo scabini et rector ecclesiae anno 1602 obtinuerunt, ut capitulum cathedrale Antverpiense, commendatoria de Pitzenborch et abbatissa de Roosendael, decimas in hoc pago possidentes, restaurarent chorum ecclesiae, et darent ornamenta ac campanam decimalem.

9. Deuren. C. 1500.

Deuren, seu *Deurne* vel *Dorne*, latine *Turninum*, antiquissimus terrae Ryensis pagus, prope Antverpiam ad Scheinam rivulum, coenobium habuisse dicitur a S. Amando constructum, *Querquelodora* seu *Quortolodra* dictum, in quo circa finem saeculi VII S. Fredegandus monachum egit, quodque a Nordmannis funditus eversum fuit [1].

Ecclesiam parochialem, S. Fredegando sacram, conferebat abbas S. Michaëlis Antv.

10. Edeghem seu Eyghem. C. 400.

Collatio curae pastoralis ab antiquissimis temporibus pertinuit ad capitulum S. Gaugerici Cameraci, quod illam circa anno 1657 transcripsit seminario Antverpiensi, una cum personatu de Iteghem et de Grobbendonck [2].

Ecclesiae tutelares sunt S. Maria et S. Antonius.

[1] Vide supra, p. 116.
[2] Vide supra, p. 162.

Digitized by Google

11. Eeckeren. L. 1600.

In diplomate Aleydis, Brabantiae ducissae, an. 1270 legitur elicitatem dominam de Hoboken ejusque filium Henricum, qui rtiam *partem villae de Eeckere* tenebant in feudum, *jus patro-atus ecclesiae dictae villae, quod quidem ad eos in solidum per-nebat, conventui Vallis-Ducisse* contulisse [1]. Altero autem di-lomate anni 1290 Aleydis dicta de Perweys, domina de Hobo-en, declarat matrem suam Felicitatem eidem conventui dedisse *ecimas novalium quarumdam suarum terrarum scilicet in pagis e Eeckeren Leodiensis et Hoboke Cameracensis dioecesis* [2]. Con-tat itaque hunc pagum, suburbano Antverpiae conterminan-em, Leodiensi dioecesi fuisse obnoxium; unde remur, inquit e Roy, non parum confirmari conjecturam, quae tenet Ant-erpiam primo fuisse subjectam ecclesiae Leodiensi, deinde ltrajectinae, postea Cameracensi, donec propriam demum ca-hedram meruit.

De Brigittanarum coenobio in Mishagen, sub dominio Eec-kerensi, dictum est supra p. 230. Aliud insuper monialium coe-nobium olim fuit in eodem pago, *S. Adriani in Syon* dictum sed non constat cujus ordinis fuerit aut quando desierit.

Ecclesiae patronus est S. Lambertus. Pastoratum conferebat priorissa Vallis-Ducissae.

12. Etten-Hoeve *seu* Hoven. L.

Capella B. Mariae Virginis, sub pago Eeckerensi. Capellaniae collator erat comes Hoogstratanus, ad quem spectabat domi-nium de Eeckeren.

13. 'S Gravenwesel. C. 300.

Wesele recensetur inter antiquiora praefecturae Santhoviensis

[1] Exstat diploma apud Le Roy, op. cit. p. 552, ex archivis monasterii de Auwergem, alias Vallis-Ducissae, in agro Bruxellensi.

[2] ibid. p. 353.

Digitized by Google

dominia, ejusque domini comites de Wesele nuncupati fuere, unde fluxit nomen 's Gravenwesel seu *Wesalia Comitis*.

Anno 1308 nominatur inter parochias prope Antverpiam, quarum jura et praedia Gerardus abbas Eynhamensis transcripsit in abbatem S. Michaëlis Antverpiae [1], qui eo titulo collationem curae pastoralis obtinuisse videtur.

Ecclesia patronam habet S. Catharinam.

14. Heymissem. C. 350.

Nomenclatura hujus pagi, ad dextram Schaldis ripam siti, mirum in modum variavit, legitur enim *Haminesem*, *Haminesem*, *Heimicsem*, *Hemexem*, *Hemissem* et *Hemeshem*. Ejus dominium Brabantiae duces haereditario jure tenuerunt in annum 1643, quo rex Hispaniarum Philippus IV illud possidendum transcripsit Alexandrinae de Rye, comitissae de Tassis.

In choro ecclesiae, S. Nicolao sacrae, honorifico conditus est tumulo Antonius a Brabantia, filius naturalis Philippi, ducis Brabantiae, comitis S. Pauli [2].

Jus patronatus primum attinuit monachis Lobiensibus, donec illud cum patronatu de Contich aliisque transcripserint cardinali Granvellano, unde manavit ad dominos de Cantecroy [3].

15. Hoboken. C. 600.

Fertur ecclesiam, quae B. Mariam Virginem tutelarem habet, per Lietardum, episcopum Cameracensem an. 1135 canonicis Antverpiensibus fuisse attributam. Conferebant illi curam pastoralem. De Brigittinarum coenobio dictum est supra p. 230.

16. Hove S. Laurentii.

Patronatus ecclesiae spectavit primum ad abbatem Lobiensem

[1] Apud Miraeum, tom. II, p. 1012.

[2] Tumulum in aes incidi curavit Le Roy, prout illum vidit an. 1673. Vide op. cit. p. 379.

[3] Vide supra, p. 253.

Digitized by Google

deinde ad comitem de Cantecroy. Dividebatur decima in sex manipulos, quorum quatuor percipiebat commendatoria Pitzenburgica Mechliniae, unum ecclesia, alterum parochus.

17. Lillo *olim* Linlo. C.

Constat ex literis episcoporum Cameracensium Burchardi an. 1124 et Lietardi an. 1135 *capellam de Linlo* infra ambitum parochiae S. Michaëlis Antverpiae olim fuisse contentam, quae parochia cum canonicorum collegio ad aedem B. Mariae V. transiit. Hinc canonici possidebant decimas in Lillo, et conferebant curam pastoralem ecclesiae S. Benedicti.

Vetus parochiale templum et turris feudalis olim condita a Ludovico Maleano Flandriae comite, ad quem dominium de Lillo pertinuit jure uxorio usque ad an. 1366 [1], caeteraque antiqua aedificia ita per aquarum inundationes perierunt, ut nihil prorsus eorum superesse suo jam tempore dicat Le Roy, op. cit. p. 362.

18. Mercxem. C. 500.

Henricus Bredae dominus anno 1267 contulit, probante Nicolao episcopo Cameracensi, *jus patronatus et personatus, sive altaria ecclesiarum de Scoten et de Mercsem capitulo Beatae Mariae in Antverpia, salvo per omnia in dictis locis suo dominio temporali* [2]. Eo titulo canonici collatores fuerunt ecclesiae parochialis S. Bartholomaei.

De iisdem pagis mentio est in diplomate an. 1280 [3], quo Arnoldus de Lovanio ejusque uxor Elizabetha, Bredae domini, abbatiae Villariensi confirmant possessiones in *Scoten* et *Mercsem* et in eorum confinio quomodocumque acquisitas.

[1] Eo enim anno dominium illud, jure feudali Brabantino possidendum, transcripsit Franconi Van Halen equiti.

[2] Apud Miraeum, tom. I, p. 316.

[3] Apud Butkens, *Trophées*, tom. I, *Preuv.* p. 219.

Digitized by Google

19. Mortsel. C.

Ecclesiae, S. Benedicto sacrae, patronus erat dominus de Cantecroy. Erat hoc beneficium ex eorum numero quorum possessionem cardinalis Granvellanus acquisivit a monachis Lobiensibus.

Sub hac parochia situm est castellum de Cantecroy, anno 1570 a Philippo II in comitatum erectum in favorem Thomae Perrenot, domini de Chantoney, qui fuit frater cardinalis Granvellani.

In confinio hujus dominii, sub eadem parochia, fanum erat antiqua tilia opacum et in eo vetus Salvatoris imago, quae vulgo dicebatur *den Ouden Godt*. Ferunt, nescio quo fundamento, in eo olim exstitisse idolum a S. Willibrordo destructum et hinc vocatum fanum *Veteris Dei*. Destructo sacello, nomen vulgare remanet.

In appendice ejusdem pagi erat coenobium Tertiariarum, de quo supra p. 242 dictum est.

20. Niel. C. 350.

Comes de Cantecroy etiam conferebat curam pastoralem ecclesiae Nielensis B. Mariae. Abbatissa Vallis Rosarum possidebat decimas, e quibus competentem ac canonicam portionem parocho solvere tenebatur.

21. Oirderen. C. 300.

Orderen seu *Oerderen* antiquus est locus, olim *Olmeremuthen* nuncupatus, si (inquit Le Roy) sana est lectio diplomatum imperatorum Henrici V an. 1119 et Lotharii III an. 1133 [1], quibus confirmatur donatio, a Godefrido Barbato canonicis Antverpiensibus facta, *omnis decimae quae continetur a terminis Santflitten usque Olmeremuthen.*

[1] Apud Miraeum, tom. I, pp. 83 et 279. Sed ille, seu potius ipsius editor Foppens, pro *Olmeremuthen* intelligit *Olmeren* Brabantiae vicum.

Digitized by Google

Capella illius loci, Joanni Baptistae sacra, olim infra ambitum veteris parochiae S. Michaëlis Antverpiae contenta erat, prout supra p. 257 de Lillo dictum est.

22. Oirdam. C.

Vicus ante aquarum inundationem celebris, cujus capella subfuit ecclesiae parochiali de Oirderen.

23. Ranst. C. 600.

Vetus quaestio est, inquit Le Roy, op. cit. p. 170, inter ecclesias de Ranst et Milleghem utra earum antiquior? Constat ex literis permutationis anno 1298 initae inter abbatiam S. Bernardi et Walterum de Ranst, quibus ille in religiosos ejusdem monasterii transfert *XXVI bonaria terrae sita in parochia de Milleghem*, quod hujus loci templum inter ecclesias parochiales dioeceseos Cameracensis saeculo XIII habitum fuerit. Apparet hoc etiam ex secundis literis alienationis ejusdem anni, in quibus legitur : *Notum facimus.... quod nos de praemissis triginta bonariis, tria bonaria puri nostri allodii sita in parochia seu villa de Milleghem, etc.* Praeterea literae alienationis villae de Linterzeel, inter eumdem Walterum de Ranst et praefatum monasterium factae anno 1308, manifestant dictam ecclesiam ab immemoriali tempore fuisse parochialem.

Ignoratur quando ecclesia de Milleghem, in qua parochus de Ranst per se vel per alium sacerdotem officia divina ac pastoralia deinceps exercuit, desierit proprium habere parochum. Sunt qui opinantur id contigisse eo tempore quo in ecclesia de Ranst vigere coepit cultus S. Pancratii, populumque tum ita ad hanc ecclesiam confluxisse, ut vix frequentaretur illa de Milleghem.

Duos manipulos decimae et quaedam alia bona in *villa de Millenghem* Jotham, divitem matronam ecclesiae B. Mariae Virginis Antverpiae contulisse, compertum est ex duobus diplomatibus

Digitized by Google

an. 1201 et 1206 [1]. Anno autem 1202 dux Brabantiae Henricus I confirmat praedia in *Millenghem* ab Antonio et ejus fratribus, militibus de Bunsceke, *more nobilium* resignata ad usus canonicorum Antverpiensium [2].

Joannes Van Heesben, eques, qui floruit an. 1357, cum uxore sua Ida Van Steenlant fundavit in ecclesia parochiali de Ranst duo altaria et totidem capellanias, quam fundationem anno 1364 confirmavit Brabantiae ducissa Joanna.

Parochiae decimae olim fuerunt tripartitae; una ad episcopum Antverpiensem, altera ad parochum, tertia ad Joannem Stephanum Spinola, dominum de Rethi, spectabat eo tempore quo Le Roy *Notitiam Marchionatus* edidit. Pars episcopi olim fuit Arnoldi de Ranst, qui eam vendidit Engelberto de Wolfgate, a quo collata fuit monasterio S. Bernardi, quod hanc decimam mensae episcopali assignavit.

Personatus ecclesiae seminario episcopali Antv. incorporatus fuit, ut supra p. 103 dictum est.

24. Schelle. C. 600.

Capitulum metropolitanum Mechliniense conferebat curam pastoralem ecclesiae, SS. Petro et Paulo sacrae, in quam die 24 sept. 1690 reliquiae S. Luciae solemni ritu translatae sunt ex sacello castri de Laer, intra ejusdem parochiae ambitum siti.

25. Schilde. C.

Abbatia Affligemiensis majorem fundi partem possidebat cum jure collationis curae pastoralis, vel dono vel emptionis titulo pridem acquisitam. Legitur enim in diplomate ducis Brabantiae Henrici I an. 1196, quod *Sigerus de Craenem omne patrimonium suum, quod habebat apud Craenem et Scillam, ecclesiae Affligemiensi dederit.* In alio ejusdem ducis diplomate an. 1217 habetur, quod Egidius de Campenhout vendiderit eidem monasterio

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 293.
[2] Ibid. p. 296.

Digitized by Google

allodium suum quod habebat in Scilla. Tertium denique diploma an. 1219 continet *Egidium de Wanga virum nobilem vendidisse ecclesiae Affligemiensi bona sua, quae habebat apud Scillam* [1].

Collatio ecclesiae S. Guiberti primum spectavit ad archiepiscopum Mechliniensem, deinde ex transactione ad provisores seminarii pastorum ab episcopo Ambrosio Capello fundati.

26. Schooten. C.

Dominii hujus pagi, quem ab aevo Francorum Saliorum celebrem fuisse contendit Wendelinus, particeps erat abbas Villariensis ex jure anno 1160 huic monasterio tradito ab Engelberto de Schooten [2].

Jus patronatus et personatus ecclesiae S. Cordulae ab Henrico Bredae domino an. 1267 Capitulo ecclesiae B. Mariae Antv. donatum fuisse dictum est supra, p. 257, ubi de Mercxsem agitur.

Sub hoc pago Nicolaus Van den Werve circa an. 1435 fundavit sub titulo S. Mariae Annunciatae capellam in *Horst*, contiguam praetorio de Vordesteyn. Ex literis Eugenii IV, quorum autographum olim erat in archivio Carthusiae Lyranae (ut dicit Le Roy, p. 159), constat quod *collatio, provisio et omnimoda dispositio dictae capellae Priori domus de Kyele extra muros oppidi Antverpiensis ordinis Carthusiensis pro tempore existenti, perpetuo reservata* esset. Carthusia illa Lyram translata, ejusdem Priori remansit jus praesentandi ad hanc capellaniam, quae personalem residentiam requirebat.

27. Stabroeck. C. 650.

Ecclesiae S. Machuti episcopi, alias S. Catharinae, curam pastoralem, capellanias B. Mariae, S. Crucis et S. Catharinae, nec non matriculariam conferebat capitulum cathedrale Antver-

[1] Haec diplomata citantur a Le Roy, p. 129 ex archivio Affligemiensi.

[2] Donationis diploma exstat apud Butkens, op. cit. tom. I, *Preuv.* p. 41.

Digitized by Google

piense, quod omnem pagi decimam habuisse dicitur ex donatione Aleydis Brabantiae ducissae.

28. Sint Job in t'Goor. C. 170.

Vicus olim appendix dominii de Schooten, a quo sejunctus fuit non solum in temporalibus sed et in spiritualibus, utpote ecclesia et proprio parocho gaudens, spectabat ad collationem capituli cathedralis Antv.

29. Wilmersdonck. C. 300.

Ad ejusdem collationem erat ecclesia S. Laurentii hujus pagi, cujus dominium Senatus Populusque Antverpiensis anno 1626 a principe jure pignoratitio acquisivit.

30. Wilryck. C. 800.

Pagi decimae olim possessae fuerunt a monasterio S. Bavonis Gandavi, cujus abbas vel praepositus et deinceps episcopus Gandavensis conferebat curam pastoralem ecclesiae S. Bavoni sacrae.

Abbatia S. Michaelis Antv. hic amplum habebat latifundium, et plusquam septemdecim villas, quarum aliquas ab anno 1161 a dicto monasterio possessas fuisse dicit Le Roy op. cit. p. 112.

31. Wommelghem. C. 500.

Personatus ecclesiae SS. Petri, Cosmae et Damiani annexus erat poenitentiariae cathedralis Antverpiensis [1].

Capellanus sacelli S. Joannis Baptistae, prope praetorium de Sompeke, insigni dote erat instructus.

Sub eodem pago saeculo XVII conditum fuit, impensa Annae Frederix, dominae de Seclyn, viduae Joannis Roosen consulis Antverpiensis, sacellum in honorem Divae Virginis.

Abbatia S. Michaelis habebat in Wommelghem spectabile latifundium, partim ex dono principis, partim ex munificentia familiae Immerseliorum, priscorum hujus loci dominorum.

[1] Supra, p. 156.

Digitized by Google

32. Wyneghem. C. 240.

Pagus antiquissimus qui in donatione a Rohingo S. Willibrordo facta *Winlindechim*, et in ejusdem sancti testamento *Winnelincheime* vocatur, idque circa an. 726 [1]. Anno 1161, tamquam appendix ecclesiae de Broechem, abbatiae Tongerloensi attributus est ab episcopo Cameracensi Nicolao, qui huic coenobio donavit *Altare de Bruchem cum appenditiis suis, scilicet Oeleghem et Winegem.* Eo titulo abbas Tongerloensis collator erat ecclesiae S. Mariae. Antiqua ecclesia, saeculo XVI combusta, stetit in loco longe ab hodierno templo remoto, ut patet ex diplomate archiepiscopi Cameracensis Maximiliani de Berghes quo an. 1569 incolis concedit novam ecclesiam construere in principali loco seu planitie parochiae [2].

Nuperis annis, inquit Le Roy, ex tenui principio hic coepit cultus ligneae imagunculae D. Virginis, quam incolae et accolae miraculose repertam asserunt.

Pagi decimam emptionis titulo an. 1535 a monasterio S. Michaelis acquisivit Joannes Vleminck, ex familia quae aliquando jure pignoratitio dominium de Wyneghem tenuit et castellum condidit circa an. 1530.

33. Zantvliet. C. 550.

De decimis Zantvlitanis anno 1119 canonicis Antverpiensibus concessis, dictum est supra p. 258. Conferebant illi curam pastoralem ecclesiae, SS. Cruci et S. Gertrudi sacrae.

Altum, medium et infimum pagi dominium Macharius Simeomo, abbas S. Michaelis, pro monasterio suo emit an. 1674 a Carolo II Hispaniarum rege. Partem decimae, quam ibidem habebat Godefridus, Bredae dominus, idem monasterium acceperat anno 1246.

Capellam S. Magdalenae in hoc dominio, bellorum injuria

[1] Apud Miraeum, tom. I, pp. 11 et 12.
[2] Apud Le Roy, p. 128.

Digitized by Google

eversam, an. 1648 restauravit Chrysostomus van de Sterre, ejusdem coenobii abbas.

§. IV.

Decanatus Lyranus [1].

1. Ballaer, *seu* Berlaer, *vel* Balder. C. 1600.

Ecclesiam S. Petri, ab antiquo incorporatam archidiaconatui Antverpiensi in ecclesia Cameracensi, archidiaconatui ecclesiae suae cathedralis denuo incorporavit Laevinus Torrentius 23 junii 1588 [2]. Itaque archidiaconus ejusdem ecclesiae curae pastorali providebat. Ecclesiae appendix erat sacellum in *Hoick* seu *Hoyt*.

Antiquum pagi dominium spectavit ad Bertholdorum familiam, cujus frequens mentio est apud Butkens, praesertim lib. IV, op. cit. Egidius de Berthout an. 1227 dedit abbatiae Vallis Rosarum, in qua filias suas locaverat, decimas de *Berlaere et de Ghele* [3]. Porro decimae postea tripartitae fuerunt, earumque ex aequo participes erant archidiaconus Antverpiensis, tamquam persona ecclesiae, cum pastore pro parte una, abbatia Vallis Rosarum pro parte altera, et commendataria de Pitzenburg pro parte tertia.

2. Beersel. C. 300.

Olim dicebatur *Beersele op den Bosch*, a sylva ei vicina, ad distinctionem alterius pagi siti Bruxellas inter et Hallas. Capellam S. Remigii, appendicem ecclesiae de Heyst, cujus persona erat archipresbyter Antverpiensis, idem eo jure conferebat. Dicitur collationem olim spectasse ad canonicos Lyranos.

[1] Vide supra, p. 165.
[2] Ibid., pp. 148 et 151.
[3] Apud Miraeum, tom. I, p. 744.

Digitized by Google

3. Bevel. C. 130.

Art. 13 Consuetudinum Lyrensium annumeratur suburbano Lyrano. Curam pastoralem ecclesiae B. Mariae V. conferebat episcopus Antverpiensis, capitulum vero Lyranum duo altaria in eadem ecclesia.

4. Boeschot. C.

Capella S. Eligii subcensebatur ecclesiae parochiali de Heyst. Vide infr. num. 13.

5. Boom. C. 800.

Ecclesiam S. Mariae (alias S. Rochi) conferebat comes de Cantecroy ex transcriptione monasterii Lobiensis. Memoratur in concordato an. 1720 inito inter abbatem Lobiensem et marchionem de Fiennes super jure patronatus inter novem parochias huic pago vicinas [1].

6. Bouchout. C. 976.

Hunc pagum in testamento S. Willibrordi [2] designari sub nomine villae de *Bacwalde* contendunt Miraeus et Bosschaerts in *Diatribe de primis Frisiae apostolis*, p. 490. Addit ille *Bacwalde* contineri et intelligi sub nomine *Praepusdare* in donatione Rohingi, vel quia locus binomius, vel tamquam appendix et pars.

Ecclesiam cum reliquis appenditiis, ablatam a monachis S. Bavonis Gandavi, eisdem restituit Otho II imperator diplomate an. 974 [3].

Iidem monachi habebant universi pagi decimam, de qua exstat diploma Henrici I Brabantiae ducis [4]. Ab illis ad episcopum

[1] Apud Miraeum, tom. III, p. 279.
[2] Vide supra, p. 263.
[3] Apud Miraeum, tom. I, p. 49.
[4] Apud Butkens, tom. I, *Preuv.* p. 69.

Digitized by Google

Gandavensem transiit collatio curae pastoralis ecclesiae S. Bavoni sacrae.

7. Broschem. C. 636.

De hoc pago plura commemorant Wichmans *Brab. Mar.* lib. 2, p. 483, et Le Roy, op. cit. p. 171, illiusque ecclesiam, S. Mariae sacram, an. 1161 a Nicolao episcopo Cameracensi coenobio Tongerloensi attributam fuisse, dictum est supra, p. 263. Reinerus archidiaconus Leodiensis et ad S. Paulum Leodii praepositus donationi a Nicolao factae sic subscripsit: *Ego Reinerus archidiaconus, personatum ecclesiae de Bruchem abbati de Tongerlo et conventui ejusdem loci in memoriam animae meorumque parentum constitui.* Itaque cura pastoralis et jus patronatus spectabat ad ecclesiam Tongerloensem, quae de suis canonicis eidem providebat, ac pagi decimis fruebatur ex donatione ducis Brabantiae Henrici I an. 1209.

Monialium Praemonstratensium coenobium sub hoc pago, in loco qui nominatur *Euven* vel *Euwen*, olim exstitisse contendit Wichmans, op. cit. p. 484.

Castellum domini de Broechem (Philippi Le Roy) capella claustrali decoravit episcopus Gaspar Nemius, pridie cal. nov. 1651.

Fuit olim in hoc territorio sacellum Deiparae prope antiquam viam Antverpianam, quod anno 1648 loci dominus vetustis denuo e fundamentis erexit, studium excitante veteris famae celebritate, quae primum in eodem loco cultam B. Virginem perhibet, evocante prodigiorum gloria frequentem conventum populi, quem quum angustia loci capere non posset, hoc profluxit initio ecclesiam excitare, haud procul inde distantem.

Sacellum *Alliere* seu *Allaer*, in Hagenbroeck, suburbano Lyrano, ab immemoriali tempore appendix fuit ecclesiae de Broechem, cujus parochus ibidem rem sacram procurabat, et ob id decimae de *Alliere* spectabant ad abbatem Tongerloensem.

8. Duffel. C. 1800.

Antiquus pagi baronatus ad gentem Merodiam pertinebat.

Digitized by Google

Anno 1356 Walterus Back, abbas Tongerloensis, titulo emptionis coenobio suo acquisivit a Philippo de Polanen, milite, praetorium *Ter Elst*, situm in dextera Nethae ripa, cum juribus feudalibus eidem annexis. Eidem coenobio Guilielmus de Brugis, capituli Lyrani decanus [1], personatum suum ecclesiae parochialis S. Martini donavit an. 1405, consentiente episcopo Cameracensi. Hoc modo dictae ecclesiae collatio cessit abbati Tongerloensi. Attamen altaria B. Mariae V. et SS. Joan. Baptistae et Evangelistae die 20 augusti 1703 incorporata fuerunt seminario Antverpiensi per episcopum Reginaldum Cools.

Anno 1637 coepit in hoc pago ultra Netham, ubi conditum est elegans sacellum, cultus B. Mariae Virginis, cujus imago magno populi concursu celebratur. Prodigiorum historiam vernaculo idiomate scripsit Philippus Hoeswinckel, canonicus Tongerloensis et Duffelae pastor.

9. Emmeleem. C. 140.

In Bulla Limitum *Emmelen* dicitur suburbani Lyrani pagus qui S. Gummaro natale solum exstitit, ubi (ait anno 1632 Wichmans, op. cit. p. 183) etiamnum rudera ac fundamenta vetustae arcis monstrantur, quam idem vir sanctus incoluisse dicitur.

Pagi ecclesia, nuperrime e fundamentis eleganter admodum reaedificata, patronum habet S. Gummarum. Ejus curam pastoralem olim conferebat capitalum Lyranum.

Juxta pagum visitur sacellum eidem sancto dicatum, constructum in illo ipso loco, ubi ad levandam sitim messorum S. Gummarum scipione fontem excitasse tradunt. In hunc usque diem celebris est ille *Fons S. Gummari*.

10. Ghestel. C. 90.

Curam ecclesiae S. Lamberti conferebat episcopus Antverpiensis.

[1] Vide supra, p. 167.

Digitized by Google

11. Halder seu Hallaer. C.

Ecclesia D. Virginis subcensebatur parochiae de Heyst. Vide infra n. 13.

12. Halle. C. 232.

Collatio ecclesiae parochialis S. Martini episcopi spectabat ad capitulum Cameracense. Pagus vulgo *Maeger-Halle* dicitur.

13. Heyst-op-den-Berg. C. 2550.

Personatum ecclesiae S. Lamberti, cujus appendices erant *Boeschot* et *Halder*, anno 1618 archipresbyteratui Antverpiensi unitum fuisse dictum est supra, p. 154. Ille itaque archipresbyter harum ecclesiarum collationem habebat.

14. Hoick. C.

Vicus cum sacello olim sub Ballaer. Vide p. 264.

15. Itegem. C. 600.

Collatio curae pastoralis ecclesiae S. Guiberti anno 1657 a capitulo S. Gaugerici Cameraci transcripta est seminario episcopali Antv. Vide supra, p. 162.

16. Kessel. C. 407.

In veteri suburbano Lyrano, capitulum S. Gummari conferebat ecclesiam dicatam S. Salvatori, cujus e cruce pendentis imago miraculis adeo quondam inclaruit, ut ex fidelium eleëmosynis erecta fuerit pulcherrimae structurae ecclesia, quae in hoc pago cernitur.

17. Lyra. C.

De oppido et capitulo S. Gummari dictum est supra, p. 165.

Ad numerosae parochiae administrationem a Capitulo deputatus erat Plebanus, qui in manus decani et capituli praestabat obedientiae et fidelitatis juramentum nec non de laudabiliter beneficio suo deserviendo juxta onus suum, ut habent capituli

Digitized by Google

statuta die 12 maii 1608 ab episcopo Joanne Miraeo post factam visitationem approbata.

Vetus castellum *Anderstadt*, juxta Lyram in sinistra Nethae ripa, possedit circa medium saeculi XIII *Gerardus de Ische, miles, dapifer ducis Lotharingiae*, et *Oda de Anderstadt, ejus uxor*, quibus anno 1247 capitulum et Plebanus Lyrensis ecclesiae concedunt, *quod ipsi et eorum successores capellam deinceps habere poterunt specialem in curia sua apud Anderstadt infra parochiam nostram Lyrensem, et capellanum habere perpetuum, qui ibidem divina celebret*, ut habet concessionis diploma.

In foro Lyrano prope domum civicam sita est capella S. Jacobi cum hospitali adjacente, fundata saeculo XIII, an. 1383 cura magistratus reaedificata, in qua eodem anno Clemens VII, Avenione residens, concessit celebrari S. Missae sacrificium. Sacellum an. 1479 in cineres redactum, postea reaedificatum fuit. Vulgo dicitur *de Spaensche Kapel*, quia parochialis erat militibus Hispanis.

18. Massenhoven. C.

Parochia, quamvis distincta a parochia de Viersel (infra num. 26), communem tamen cum illa habebat pastorem, qui alternis vicibus in iisdem ecclesiis rem sacram agebat.

19. Nylen. C. 433.

Juxta art. XIII Consuetudinum Lyrensium hic pagus una cum Kessel, Bevel et Emblehem pertinebat ad suburbanum Lyranum, vulgo dictum *den Byvanck van Lier*.

Anno 1155 Nicolaus episcopus Cameracensis, *ob animae suae et praedecessorum suorum salutem concedit duas capellas in Antwerpiensi archidiaconatu, Wurtelam* (Wortel) *et Nillam* (Nylen), *consilio clericorum suorum, petitione etiam et redditione Raineri Antwerpiensis praepositi dominae nostrae beatae Mariae* [1], *ad*

[1] Vide supra, p. 142.

Digitized by Google

usus canonicorum in Antwerpiensi ecclesia famulantium, liberas et absque persona, salvis suis et ministrorum suorum redditibus [1]. Eo titulo capitulum Antverpiense collator erat curae pastoralis ecclesiae S. Willebrordi. Pagi etiam decimas habebat ex donatione Joannis Volkart, occisi in pugna Cortracensi an. 1302. Attamen aliqui tradunt capitulum eas accepisse ab Aleyde Brabantiae ducissa.

In diplomate Urbani III, quo an. 1186 confirmat possessiones abbatiae Tongerloensi ab ejusdem fundatore Giselberto, ejusque cohaerede Engelberto de Casterloo et aliis donatas, memoratur huic coenobio concessum *omne allodium Arnoldi in Nile*, item *totum allodium Arnoldi de Ranst in Nile, et tertiam partem decimae totius villae.*

In excerpto ex veteri libro feudali (apud Le Roy, op. cit. p. 216), pagus nominatur *Nylde.*

Haud spernenda videtur conjectura viam aliquam militarem ex agro Tungrensi per viciniam hujus pagi ad Grobbendonck et Hoogstraeten versus Dordracum ductam fuisse a Romanis [2]. Numismata enim romana et urnae funerariae eruta in Postel, Arendonck, Grobbendonck, Wommelghem et Nylen aliisque locis vicinis edocent hanc nostrae Campiniae partem aliquando a Romanis fuisse frequentatam. Quod Nylen attinet, referam quae scribit Petrus Heylen in sua *Dissertatione de antiquis Romanorum monumentis in Belgio Austriaco* [3] : « Operarii, inquit, stipem » extirpantes anno 1770, offendebant vas terreum non profunde » reconditum, oppletum nummis aureis magna ex parte valoris » dupli ducati nostratis, tanta copia, ut aurum aestimaretur » valere plus 1700 florenis Brabanticis; calculus ad amussim » iniri nequivit, divenditis per inventores compluribus, prius- » quam fundi possessor resciret, cui ex pacto portio cessit. Op-

[1] Diploma refert *Diercxsens*, op. cit. tom. I, p. 172.

[2] Cfr. De Bast, *Second supplément au recueil d'antiquités*, p. 104.

[3] *Mémoires de l'Académie de Bruxelles*, tom. IV, p. 416.

Digitized by Google

» portunitas mihi fuit multoties multos ex iis contemplandi insi-
» gnitos effigie Caesaris, Augusti, Tiberii, Claudii, Agrippinae,
» Neronis, Galbae, Vitellii, Titi, Vespasiani et Domitiani.....
» Dicebatur nummus effigie Ottonis insignitus eodem loco
» effossus, at denegata mihi fuit occasio intuendi. Caeterum
» posteriorum imperatorum, Honorii videlicet et subsequen-
» tium, nulla in Nylen inventa fuere. Quamquam variis de
» causis abscondi aut deperdi queant thesauri, saepe tamen
» ducum, militum aut indigenarum providis curis attribuenda
» est occultatio. »

20. Oelegrem. C. 595.

Ecclesia B. Mariae olim ab ecclesia parochiali de Broechem sejuncta fuit. Eam itaque eodem jure conferebat abbas Tongerloensis [1].

Wendelinus in opere suo *de Natali solo legum Salicarum*, cap. 16, asserit pagum hunc vocatum fuisse *Idulgum*, et hic *Malbergium* a Francis habitum. Quidquid sit, inquit Le Roy op. cit. p. 191, suppetunt nobis argumenta quibus stabilire possemus perantiquum esse et Broechemiensi vetustiorem, quamvis ecclesia de Oeleghem aliquando fuerit appendix ecclesiae de Broechem.

21. Pulde *seu* Pulle. C. 283.

Curam pastoralem ecclesiae S. Petri conferebat episcopus Antverpiensis.

22. Pulderbosch. C. 267.

Jus patronatus ecclesiae B. Mariae sacrae spectabat ad loci dominum ex familia de Cotereau, decima autem ad pastorem.

In hoc pago antiquitus viguit veneratio miraculosae imaginis D. Virginis, licet eam (ut notat Le Roy) praeterierit curiosus indagator cultus Mariani Augustinus Wichmans in Brabantia sua Mariana.

[1] Vide supra, p. 264, num. 7.

Digitized by Google

23. Reedt. C. 500.

Ecclesiae S. Mariae Magdalenae patronus erat comes de Cantecroy ex transcriptione monachorum Lobiensium.

24. Rumpst. C. 750.

Personatus ecclesiae S. Petri spectabat ad pagi dominum temporalem, qui anno 1678 erat Carolus de la Baume, marchio S. Martini. In diplomate an. 1181 Gerardus dominus Grimbergensis memorat *villam suam Rumestam.*

25. Santhoven. C. 400.

Locus celebratus ob privilegiatum tribunal, ad quod complurium pagorum curiarumque olim recurrebant sententiae, cujusque statuta inaugurandus Belgii princeps juramento solebat confirmare.

Jus patronatus ecclesiae parochialis S. Amelbergae spectabat ad Thesaurarium ecclesiae Cameracensis.

Saeculo XIII in hoc pago fuisse hospitale, testantur literae Joannis II ducis Brabantiae, anno 1299 datae, quas refert Le Roy, op. cit. p. 158.

26. Viersel. C. 200.

Pagus olim *Voorschoten* nunc *Viersel* dictus, a vicinia *Vierseldyck,* ubi plures quam circa templum parochiale domus existunt, quique viculus partim huic pago partimque Santhoviensi subest.

Ecclesiam, S. Willibrordo sacram, jam saeculo XIII parochum habuisse dicit Le Roy. Curam pastoralem conferebat episcopus Antverpiensis.

27. Vremde. C. 200.

Vremde seu *Vrempde* primam abbatiae S. Bernardi sedem fuisse dictum est supra, p. 187. Curam pastoralem ecclesiae S. Joannis Evangelistae conferebat abbas S. Auberti Cameraci.

Digitized by Google

28. Waerloos. C. 290.

Ecclesiae S. Michaelis curam pastoralem conferebat dominus de Cantecroy, ex transcriptione monasterii Lobiensis ad Sabim, quo titulo plurium aliarum parochiarum patronus factus, ut ex antedictis constat.

§. V.

Decanatus Herendaliensis.

1. Bouwel. C. 117.

Vetustum dominium olim gentilium de Crayenhem, quorum nonnulli in pagi ecclesia S. Mariae sepulti, ut habetur apud Le Roy, op. cit. p. 227, ex diplomate anni 1429, quo Arnoldus de Crayenhem, eques, dominus de Grobbendonck, capellaniam fundat in ecclesia de Bouwel, cujus patronatus pertinebat ad dominum temporalem.

2. Eyndthout. C. 340.

Dominium pagi de Eyndhout seu *Endert* attinebat ad Ghelae dominum; collatio vero curae pastoralis ecclesiae S. Lamberti ad abbatiam Averbodiensem, cui anno 1252 transcripta est ab Henrico Bertholdo, domino de Oosterloo [1]. Illi ecclesiae in sacris suberat vicus *Eynthoutham*, in temporalibus spectans ad dominium Tongerloense.

3. Casterlé *seu* Kastel.

Ecclesiam S. Willibrordo dicatam procurabant Cameracenses, ut habet Gramaius in *Antv. Antiquit.* lib. IV, cap. 6. Henricus II, dux Brabantiae, in quadam donatione feudali molendini sub parochia de Casterlé, facta anno 1249 Tongerloensibus, eos vocat *dilectos amicos suos.*

[1] Vide *Sanderi Brab. illustr.*, tom. I, p. 296.

Digitized by Google

Loci parochiae suberat vicus *Rielen*, qui in temporalibus subcensebatur pago de *Lichtert*. Vide infra, p. 277 num. 10.

4. Gierle. C. 550.

Collator ecclesiae B. Mariae Virginis erat episcopus Antverpiensis.

5. Grobbendonck. C. 400.

Grobbendonck praeclari olim castelli nomen veterem pagum de *Ouwen*, sub quo situm, ita obscuravit, ut alio jam nomine vix innotescat. Castelli origo perantiqua est; diploma Lutgardis dominae de Schooten an. 1219 subscriptum legitur a *Sebastiano milite de Grebendunc et Nicolao milite filio ejusdem.*

Loci dominium antiquitus possedit familia de *Crayenhem* seu *Craynhem* [1], quae modo ab an. 1110 innotuit. Isabella de Crayenhem, uxor Joannis Brant [2], marito suo in dotem attulit dominia de Grobbendonck, Ouwen, Bouwel, Olmen, etc. Anno 1509 transcriptum fuit hoc dominium Philippo Cleviensi, qui illud concessit an. 1514 filiae suae naturali Amelbergae, cujus mater erat Margareta Brant. Ab illius Amelbergae filio, Philippo de Jauche, Grobbendoncanum dominium haereditarie possidendum anno 1545 aequisivit Erasmus Schetz, sicque ad gentem de Ursel transiit.

Anno 1602 in baronatum, anno autem 1637 in comitatum erectum fuit hoc dominium.

Collationem curae pastoralis ecclesiae S. Lamberti an. 1657 seminario Antverpiensi transcriptam fuisse, dictum est supra, p. 162.

Memini me olim vidisse rudera veteris ecclesiae parochialis

[1] Vide genealogiam apud Butkens, tom. II, p. 268.

[2] Avus ipsius erat filius naturalis Joannis III ducis Brabantiae. Vide Butkens, tom. I, pp. 448 et 654.

[3] De coenobio Throni B. M. V. ab ipsis fundato, vide supra, p. 219.

Digitized by Google

de Ouwen in loco versus Pulle in quo ab aliquot annis novum sacellum exstructum est.

Gerontocomium S. Magdalenae, cujus supersunt redditus, anno 1436 fundatum fuit in loco dicto *de Biest* a Joanna Van Steyvoirt vidua Arnoldi de Crayenhem, qui pium hoc opus uxori suae in mandatis reliquerat ad sustentationem septem vetularum.

In vicinia hujus pagi saepius romana numismata effossa fuisse notum est. Nostra quidem aetate in vico de *Boskoven* urnae quaedam funerariae repertae sunt. « Observatum velim, inquit Heylen [1], nummos hosce ab imperito vulgo appellari *Mahometanos* aut *Turcicos*, ignorantia crassa, quippe Saraceni habeantur Romani : error tamen indiscriminatim gentiles nuncupans Saracenos, non est recentis aevi; nam Chronicon MS. abbatiae S. Sepulchri Cameraci perducens usque ad an. MXC, Radbodum Frisonem vocat *Rabuet le Sarasin*. Ipse pluries audivi Grobbendonck olim fuisse civitatem per Turcas eversam; en errorem popularem prorsus eumdem. »

6. Herendalium. C. 1700.

De ecclesia S. Waldetrudis vide supra, p. 185.

Celebre est sacellum Marianum extra oppidi muros situm, quod vulgo *Nostra Domina in arena*, et vernacule *Onze Lieve Vrouw in het zand*, dicitur ob locum plane arenosum. Ex hoc sacello exigua Deiparae statua, quae multis miraculis coruscavit, ad Xenodochium Herendaliense translata est ob bellorum tumultus saeculi XVI. « Solet autem, inquit Wichmans [2], annuatim esse visitatio et concursus ad sacellum hoc *D. Virginis in Arena*, die festo B. Mariae cognatam visitantis, juxta quod et aliud est, sed in monte elevatum SS. Cruci sacrum; atque ex opposito civitatis item aliud S. Joanni Baptistae dedicatum, ad

[1] Op. cit., p. 419.
[2] *Brab. Mar.*, p. 489.

Digitized by Google

quod in ipsius natali maximus populi est confluxus, universo ferme Herendalio se ad illud effundente. »

Herendalii longo tempore olim adservatae fuerunt tres miraculosae hostiae venerabilis Sacramenti. Rei historiam sic enarrat Wichmans[1].

Justo ab Herendalio lapide, Campaniam nostram versus, pagus est cui nomen *Poerle*, communiter autem euphoniae gratia *Poeyel;* et sub hoc sacellum justae magnitudinis loco inter arbores peramoeno, quod vernacule dicitur, *De Capell van't H. Sacrament in de Hegge*, hoc est *Ven. Sacramentum in Dumo* sive in *Rubeto*. Locus enim erat, ut in diplomate oppidi Herendaliensis ea de re confecto legitur, vepribus, sentibus et genistis plenus. Originem autem ejus ita enarrat Wichmans.

« Fuit anno 1412 quidam Joannes *Vander Langerrsteden*, qui Herendalium cum famulo suo pariter equite advenit atque in hospitio cui insigne erat *Cornu* morabatur. Hinc ad loca suburbana saepe digrediens, sacrilegae templorum spoliationi quotidie invigilabat, famulo interim nihil horum conscio. Venit is die quodam ad ecclesiam de Wechelesande (pagus hic est in Campania nostra Turnhoutum versus) atque ex ea calicem sacrum cum ciborio, ut vocant, furtive abstulit, in quo hostiae consecratae quinque adservabantur. Herendalium mox cum sacrilego hoc spolio cogitat, et ad suum hospitium, viam ingressus, pagum supradictum *Poerle* transiturus, in loco vulgariter *de Hegge*, errabundus haeret, nec ulterius progredi valet, saepe licet conatus; semper enim quidquid adtentat, eodem in loco se constitutum vidit, quasi in medio labyrinthi, viae omnis incertus et impotens. Suspicatus tandem quod re vera erat, hoc suo sceleri imputandum, proponit dictas hostias fluvio qui juxta T'Sassenhout (locus omnino vicinus est, sacello quoque Mariano insignis) labitur injicere, quo sic liber abiret. Sed et hoc frustra : nam a loco *de Hegge* nullatenus recedere poterat.

[1] Op. cit. p. 490.

Digitized by Google

Itaque sacratas hostias foramini seu receptaculo cuniculorum imponit et abscondit. Tum laetus viam carpit et Herendalium pervenit, ubi a loci praetore Gisberto de Paepe nescio quid subolente, aut potius divino numine sic ordinante, adprehenditur. Qui cuncta ejus scrutatus, calicem cum ciborio vacuo apud eumdem reperit, et ulterius investigaturus carceri tradit; examini et torturae subjectus, sacrilegium confitetur, sed de hostiis nihil. Tandem nihilominus confessarii admonitione compunctus, quum jam morti adjudicatus scalas patibuli ascendisset, mox laqueo strangulandus, elata voce totius rei gestae historiam pandit, et locum ubi hostias abscondiderat designat.

» Adligatur continue homo nefarius equo proprio, et ad locum designatum trahitur, tota populi multitudine comitante. At ecce ingens et praeclarum miraculum. Qui foramini seu fossae hostias imposuerat, deprehendit cum universo populo extra foramen sub dio in gramine eas reverenter collocatas.... Octo dies jam transierant et ecce in media nive, pluvia, aliisque aeris tum inclementioris injuriis (nam 4 februarii res haec contigit) plane illaesae atque intactae sunt ibidem repertae.

» Porro stupenda tantae rei novitate commoti clerus Herendaliensis et Poerlensis sacram hanc se inierunt partitionem, ut nimirum tres hostiae Herendalium, duae vero in Poerle deferrentur, quod mox processionaliter cum crucibus, hymnis et canticis utrimque fuit factum. Quod ad furem vero sacrilegum, ipse laqueo suspensus, interiit.

» Agebat tunc in arce Turnhautana dux noster Antonius, cujus uxor Elizabetha, Joannis Lutzenburgensis ducis filia, mox ad locum jam toties memoratum *de Hegge* convolavit, adoratura Deum suum. Cujus exemplum plurimi exinde imitati, eodem quotidie confluebant religionis et voti causa : et continuo in tantae rei memoriam ac honorem Ven. Sacramenti capella ibidem extructa est.

» Quamvis enim, addit Wichmans, divina illa pignora tam hic, quam Herendalii iconoclastorum rabie perierint, turbu-

Digitized by Google

lentis nimirum bellorum temporibus, sacellum tamen hoc devotissime etiamnum frequentatur, et uti olim, ita quoque nunc, miraculis coruscat, prout sufficienter indicant votivae tabellae ibidem pendulae, cerea donaria, fasciae herniosorum, fulcra claudorum subularia et hujus modi sacra anathemata. Solemnissima autem ab antiquo hic perseverat peregrinorum visitatio, ipso festo Ven. Sacramenti die quando undequaque hic concurritur, ut iterum mirari satis nequeam rem tam stupendam hactenus nullius calamo publicatam, maxime quum sit verissima, et totius patriae consensu episcoporumque auctoritate adprobata. Tota vero haec historia in tabulis diversis artificiose plane pictis ibidem cernitur, et rhythmicis versibus descripta legitur, ex quibus haec desumpsi. Ubi etiam habetur tunc temporis in Poerle dominium seu Toparchiam obtinuisse Joannem van Vrisele, et Margaretam van Habroeck ejus conjugem.

» Absolute sic hoc capite [1], transmissa mihi fuerunt authentica monumenta praedictae hujus capellae, sigillis suis munita, ex quibus haec sequentia visum fuit subnectere.

» Praefatus mox Joannes de Vriesele eamdem capellam a fundamentis coepit extruere; sed morte eo praeveniente, perfecit eam ipsius filius Walterus de Vriesele, dominus item de Poerle et armiger cum uxore sua Gertrude, qui ambo in tabula summi altaris hodieque visuntur [2] : deditque eam perpetuo possidendam cum omnibus suis pertinentiis ministro et religiosis ecclesiae ordinis S. Trinitatis et redemptionis captivorum de Claro Vivario prope Hondescotam Morinensis dioecesis ; voluitque ut in dicta capella residerent duo vel tres religiosi praefatae ecclesiae et ordinis, qui rem divinam ibidem peragerent, citra

[1] Scilicet cap. LII, lib. II Brab. suae Marianae.

[2] Quando nos, inquit Le Roy op. cit. p. 305, visitavimus anno 1675 memoratum sacellum *in de Hegge,* non vidimus Walterum de Vriesele cum uxore sua Gertrude in tabula summi altaris, sed Jacobum de Brimeu et Annam Vanden Werve, quod indubiis notis testantur insignia juxta eorum imagines picta.

Digitized by Google

tamen omne incommodum pastoralis officii in templo parochiali peragendi; de qua re extat diploma datum in Poederle anno 1441 die 3 octobris ex quo colligi posset Walterum ibi constituisse coenobiticam quasi mansionem, eodemque anno die januarii 2 scabini et scultetus oppidi Herendaliensis confecerunt publicum instrumentum, in quo tota historia ante a me relata fuse admodum narratur. Sicut et in alio diplomate per Maximilianum et Mariam duces nostros edito anno 1478 die 8 novemb., qui dicunt se commotos multitudine miraculorum, quae ibidem contingebant. Plures insuper ecclesiae Praesules dictum locum copiosis indulgentiae muneribus honorarunt, ut Joan. de Burgundia episcopus Cameracensis an. 1441 die 14 januarii, Petrus S. R. E. cardinalis tit. S. Mariae novae an. 1444 die 7 aprilis, ac novissime reverendissimus D. Joan. Malderus episc. Antverpiensis an. 1620 die 3 junii, qui inter caetera ita ait: *Quum in capella dicta* In de Hegge *sub parochia de Poederle ad celebrem, quae ibidem est, memoriam Ven. Sacramenti magnus soleat esse fidelium concursus, Christi fidelibus, qui ipso festo dictam capellam devote visitaverint, quadraginta dies de vera indulgentia in domino concedimus, etc.* »

7. Herenthout. C. 750.

Ecclesiae parochialis S. Petri patronus et collator erat abbas S. Auberti Cameraci.

Huic parochiae includitur ecclesia S. Gummari (in qua anno 1718 numerantur communicantes 82), quam conferebat capitulum Lyranum.

8. Hersselt. C. 560.

Altare et personatum ecclesiae S. Servatii anno 1365 Petrus episcopus Cameracensis concessit coenobio Tongerloensi.

Sub hoc pago est vicus *Oosterwyck* qui cum vico *Houtvenne* separatam parochiam nactus est. Ejus ecclesiam S. Adriano sacram canonici Tongerloenses procurabant prout illam de Hersselt.

Digitized by Google

9. Hulshout. C. 180.

Ecclesiam parochialem S. Matthaei conferebat episcopus Antverpiensis.

10. Lichtert seu Lichtaert. C. 800.

Capitulum Lyranum in hoc pago possidebat curiam censualem, et collator erat ecclesiae parochialis S. Mariae.

Parochiae in spiritualibus accensebatur vicus *Herle*, appendix prisci dominii de Poederlé; eoque titulo parochus de Lichtert habebat decimas hujus vici.

11. Lille. C. 600.

Ecclesiam parochialem S. Petri conferebat capitulum Cameracense.

12. Meerbeke seu Woest-Meerbeek vel West-Meerbeek. C. 88.

Collatio ecclesiae S. Michaelis spectabat ad dominum temporalem loci.

13. Meirhout. C. 2200.

Miraeus refert [1] diploma datum circa annum 746, quo Robertus comes in Hasbania donat monasterio S. Trudonis *locum quemdam in pago Hasbaniensi qui dicitur Dungo, cum basilica inibi constructa, et quatuor villas de sua possessione, scilicet Halen, Schafnis, Felepa et Marholt.*

Sub nomine *Marholt* intelligitur vicus territorii Sichenensis quem postea *Meerhout* dixerunt, quique ad gentem Nassoviam pertinuit.

Anno 1234 Arnoldus de Wesemael et Imaina ejus uxor dederunt monasterio Lintrensi Vallis Virginum sexaginta terrae bonaria in illorum dominio Meerhoutano sita, quam donationem

[1] Op. cit. tom. I, p. 493.

Digitized by Google

eorum liberi confirmarunt an. 1240[1]. Ita jus patronatus ecclesiae S. Trudonis devenit ad Abbatissam Lintrensem.

14. Morchoven. C. 200.

Curae ecclesiae parochialis S. Nicolai providebatur a domino temporali loci.

15. Norderwyck. C. 460.

In diplomate anno 974, quo imperator Otto II restituit bona ablata monasterio S. Bavonis Gandavensis, nominatur *in pago Tessandriae Nordrewic cum ecclesia et omnibus appendiciis* [2]. Locus itaque perantiquus est. Ejus ecclesiam, S. Bavoni sacram, conferebat episcopus Antverpiensis.

16. Olmen. C. 670.

Curam pastoralem ecclesiae S. Willebrordi conferebat abbas Postulanus.

17. Oolen. C. 900.

S. Ansfridus, episcopus Trajectensis ad Rhenum [3], ecclesiae illi anno 994 dedit villas, quas jure haereditatis possidebat *infra comitatum Rien*, scilicet *Westerlo, Odlobolo, Mierbeke, Hoybeke, Burente*. Ita haec nomina legit Miraeus [4], qui tamen antea in prima editione codicis Donat. legerat *Odlo, Bolo* pro *Odlobolo* [5]. Nomine *Odlo* designatur pagus Oolen, olim *Oulo* vel *Oelue*.

Bona ab Ansfrido ecclesiae Ultrajectinae concessa, an. 1240

[1] Cfr. *Alberici Doustani Annales monast. monialium ord. Cisterciensis*, p. 29.

[2] Apud Miraeum, tom. I, p. 50.

[3] Vide nostram editionem Bruxellensem Butleri, tom. III, p. 34.

[4] Op. cit. tom. I, p. 52.

[5] Molanus in *Nat. SS. Belgii, ad 3 maii*, habet *Westerloo, Oesterloo, Boloo, Mierbeke, Hombeke, Buronte.*

Digitized by Google

in emphyteusim data fuerunt Arnoldo domino de Wesemael ejusque posteris [1]. Anno vero 1253 Arnoldus junior de Wesemael et uxor ejus Elizabeth dederunt abbati et conventui Tongerloensi jus patronatus ecclesiarum de Westerloo et Oelen, consentiente capitulo cathedrali Ultrajectino [2].

Praedicta autem bona ad canonicos Ultrajectinos denuo devoluta per mortem Joannis de Wesemael, ab iisdem anno 1429 in emphyteusim data fuerunt Richardo de Merode [3]. Attamen abbas Tongerloensis mansit patronus ecclesiae S. Martini, titulo a Wesemaliis pridem acquisito.

18. Poederlé. C. 250.

Poyel, *Poerle* vel *Poderle* dicitur hic Taxandriae pagus prope Herendalium.

Dux Brabantiae Henricus I an. 1221 conventui Tongerloensi concessit *allodium nobilis viri domini Walteri de Poderle, scilicet tertium manipulum de decima ipsius villae, et duo bonaria et dimidium terrae, et duo bonaria et dimidium sylvae*, quae in manu ducis deportata erant [4].

Ecclesiam S. Joannis Baptist. conferebat capitulum Cameracense.

De ven. Sacramento *in de Hegge* vide supra, p. 276.

19. Thielen C.

Patronatus ecclesiae spectabat ad episcopum Antverpiensem.

20. Veerle. C. 425.

Ecclesia, B. Mariae V. sacra, an. 1316 a Guidone episcopo Cameracensi transcripta est abbatiae Averbodiensi.

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 580.
[2] Ibid. p. 423.
[3] Ibid. p. 228.
[4] Apud Le Roy, op. cit. p. 301.

Digitized by Google

21. Vorst. C. 800.

Zuentiboldus in diplomate anni 897, quo plurima praedia concedit monialibus Nivellensibus[1], nominat *villulam Forest in pago Taxandriae.*

Antiquissima est in hoc pago devotio et peregrinatio ad S. Gertrudem, cui ecclesia dedicata est. Quum ejus festum saepius occurrat in quadragesima, episcopus Joannes Malderus datis literis die 12 sept. 1616 annuam solemnitatem transtulit in dominicam secundam post pascha. De hac devotione plura leguntur apud Geldolphum a Ryckel in *Hist. S. Gertrudis*, lib. III, p. 500 et seqq.

Parochialis ecclesiae collator erat abbas Averbodiensis. Illius enim coenobio ecclesia anno 1320 transcripta fuit a domino Joanne Van der Ghalen de Vorst.

22. Vorselare. C. 600.

Ad capitulum Cameracense spectabat collatio ecclesiae S. Petri hujus pagi, qui ad distinctionem alterius, siti prope Turnhautum sub decanatu Hoogstratano, dicitur *Vorselaer op 't zand.*

23. Wechelerzande. C. 360.

Ad capitulum Cameracense etiam pertinebat collatio ecclesiae S. Amelbergae.

24. Wickevorst. C. 370.

Pagum olim in spiritualibus subditum parochiae S. Gummari in Herenthaut, circa an. 1645 in parochiam erexit episcopus Gaspar Nemius.

Patronus ecclesiae S. Joannis Bapt. erat capitulum Lyranum.

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 503.

Digitized by Google

§. VI.

Decanatus Hoogstratanus.

1. Baerle. L. 1800.

Hilzundis, comitissa terrae de Stryen, fundans an. 992 monasterium Thorense ad Mosam in episcopatu Leodiensi, eidem inter caetera contulit *Villam Baerle cum altari in honore S. Remigii a se constructo* [1]. Ejusdem monasterii abbatissa Anna Salome, nata comitissa de Manderscheyt, an. 1654 potestatem fecit Augustino Wichmans, abbati Tongerloensi, nominandi aliquem ex monasterio suo ad deserviendum pastoratum de Baerle, per quatuor vices proximas quibus cura illa vacare contigerit, ea lege ut nominati essent contenti octoginta vertelis siliginis annue ex decima quam abbatia Thorensis inibi percipiebat. Concessionem confirmavit episcopus Ambrosius Capello.

Hoc in pago eique vicino Gilse sub decanatu Bredano Thorensis abbatia possidebat praedia amplissima.

2. Beerse. C. 450.

Anno 1431 Eugenius IV ecclesiam S. Lamberti incorporavit abbatiae S. Michaëlis Antverpiae. Vide infra num. 18 ad parochiam de Vorselaer cum qua haec unita erat.

3. Brecht. C. 1200.

Pagus amplissimus vasto olim ericeto undique circumdatus, e quo emerserunt vici quatuor ei obnoxii, scilicet *Sinte-Lenaerts, Overbroeck, de Locht* et *Sint-Antonis.*

Parochialem ecclesiam, S. Michaëli sacram, conferebat epis-

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 146.

Digitized by Google

copus Antverpiensis; sed jus patronatus incorporatus erat collegio Atrebatensi Lovanii, quod ejusdem ecclésiae beneficia fere omnia conferebat.

Sinte-Lenaerts vicus sic dictus a patrono suo S. Leonardo, antiqua illic veneratione culto, ecclesiam habet admodum elegantem, piorum oblationibus constructam et ornatam cura Cornelii Vander Noot, qui tunc morabatur sub dominio Brecht in praetorio dicto *Pul*, quod beneficiario jure possidebat ab Hoogstratano dynasta. Capellanus hujus ecclesiae tenebatur ad residentiam.

In *Overbroeck* erat capellania S. Willibrordi.

Capella *op de Locht* habebat capellaniam S. Theobaldi.

Vicus *S. Antonii in Jucxschot* erat capella quae residentiam requirebat; parochialis tamen ecclesia habita est, quamvis in temporalibus subjecta maneret pago Brechtensi.

4. Calmpthout. L. 600.

Vir nobilis Arnulphus Brabant, anno 1150 vita functus, donavit coenobio Tongerloensi mediam partem terrae et jurisdictionis in Calmpthout; ejusque filius pariter Arnulphus dictus (qui floruit circa an. 1157) eidem coenobio donavit jura patronatus et administrationes vicinarum ecclesiarum de Nispen et Sundert, additis decimarum partibus. Donationem ratam habuit anno 1157 Henricus episcopus Leodiensis, ad cujus jurisdictionem ecclesiae illae tunc stabant. Anno autem 1159 vir nobilis Bernerus de Risebergen alteram partem jurisdictionis Calmpthoutanae, in Esschen videlicet, eidem abbatiae contulit, approbante eodem episcopo Leodiensi nec non Godefrido III Brabantiae duce [1].

Incolae pagi Calmpthoutani dependentes in spiritualibus ab ecclesia Nispensi impetrarunt fontem baptismalem ab episcopo Leodiensi, ut constat ex actis abbatum Tongerloensium sub

[1] Wichmans, op. cit. p. 534.

Digitized by Google

Waltero Back, qui anno 1309 abbas electus est. Ecclesia S. Lamberto sacra est.

Pagus hic patria est Ven. Petri Calmpthoutani martyris, cujus vitam edidit Wichmans, Antv. 1625 [1].

5. Hoogstraten. C.

Ecclesiae S. Catharinae Plebanus ad curam parochialem praesentabatur a domino loci. Vide supra, p. 174.

6. Loenhout. L. 700.

Anno 1277 Arnoldus de Lovanio ejusque uxor Elizabeth domino terrae de Breda vendiderunt abbatiae S. Bernardi decimas et jus patronatus hujus pagi [2]; sicque illius ecclesiam, S. Petro dicatam, conferebat abbas hujus monasterii.

7. Meer. C. 800.

Collatio ecclesiae parochialis S. Mariae spectabat ad abbatem S. Michaelis Antverpiae.

8. Meerle. L. 570.

In pagi hujus ecclesia cultum D. Virginis eximium ab antiquo fuisse scribit Wichmans, op. cit. p. 544. Curam pastoralem conferebat abbatissa Thorensis.

9. Mercxplas. C.

Anno 1155 Nicolaus episcopus Cameracensis ecclesiam, S. Willibrordo dicatam, concessit abbatiae S. Michaëlis Antv.

10. Minderhout. C. 500.

Ad eamdem abbatiam pertinebat ecclesia S. Clementis hujus pagi.

[1] Vide editionem nostram Bruxellensem Butleri, tom. II, p. 349.
[2] Extat diploma apud Butkens, tom. I, p. 218.

Digitized by Google

11. Nieuwemoer. L.

Appendix ecclesiae parochialis de Esschen cujus ecclesia matrix erat ecclesia de Nispen, sub decanatu Bergizomensi. Ecclesia de Nieuwemoer habebat fontem baptismalem et jus sepulturae, sed pascha et nuptiae celebrari debebant in ecclesia de Esschen. Capellaniam conferebat abbas Tongerloensis.

12. Oostmal. C. 350.

Hujus pagi ecclesia, S. Laurentio sacra, anno 1316 a Guidone episcopo Cameracensi transcripta est abbatiae Averbodiensi.

De coenobio illic olim condito vide supra, p. 231.

13. Oud-Turnhout. C. 1120.

Pagus, inquit Hoybergius [1], non videtur distinctus ab ipso Turnhouto, quum ejus quasi appendix in omnibus tam ecclesiasticis quam temporalibus dependeret. Habebat tamen olim distinctam ecclesiam parochialem, sub invocatione S. Bavonis, sed numquam distinctum parochum nisi ab anno 1614, quando episcopus Joannes Malderus fecit de consensu capituli Turnhoutani separationem ecclesiae Out-Turnhoutanae ab ecclesia matrice, constituitque ibidem vicarium perpetuum dicto capitulo obnoxium, qui animarum isti ecclesiae subjectarum curam gereret.

14. Ravels. L. 400.

Pagi dominium a capitulo S. Servatii Trajecti ad Mosam monasterio Tongerloensi sub annuo censu transcriptum fuit diplomate anni 1165 [2]. Praeterea an. 1211, ejusdem capituli praepositus dedit Wennemaro abbati Tongerloensi capellas de *Ravenslo* et *Publo*, nunc *Ravels* et *Poppel*, quorum locorum meminit

[1] In notis ad Latomi Corsendoncam, p. 54.

[2] Apud Le Roy, op. cit. p. 417.

Digitized by Google

Miræus in notis ad testamentum S. Willibrordi, scribitque Tongerloenses possidere ecclesias de Poppel, olim *Pieplo*, Alphen olim *Alpheim* et Diessen olim *Dionsa* in praefato testamento nominatas [1].

In ecclesia parochiali, S. Servatio sacra, magna veneratione colitur S. Adrianus patronus contra pestem, ut refert Wichmans [2].

15. Ryckevorsel. C. 525.

Altaria de *Forsela* (Ryckevorsel) et de *Malle* (West-Mal) Joannes episcopus Cameracensis canonicis Antverpiensibus contulit diplomate anni 1194 [3].

Ecclesia S. Willibrordum et S. Luciam patronos habet.

16. Turnhoutum. C. 7000.

Plebaniam ecclesiae collegiatae S. Petri conferebat episcopus Antverpiensis. Vide supra, p. 170.

17. Vlimmeren. C. 127.

Perantiquus dominii Turnhoutani pagus, si sana est interpretatio Wendelini, qui illum olim *Flemere* nuncupatum autumat, inque eo Francorum Saliorum tempore *malbergium* habitum.

Parochialem ecclesiam SS. Quirini et Willibrordi conferebat capitulum Antverpiense.

18. Vorselaer. C.

Hujus pagi ecclesiam unitam cum Beerse (supra num. 2) conferebat abbas S. Michaelis Antverpiae. In ea diu viguit cultus Divae Virginis quam saepius venerabunda adivit Maria Hunga-

[1] Diplom. Belg. tom. I, p. 11.
[2] Op. cit. p. 689.
[3] Apud Miraeum, tom. I, p. 289.

Digitized by Google

riae regina, dum in arce Turnhoutana degeret. Ex illius ordinatione statutum est ut Guldae Turnhoutanae festivo encoeniorum die praedictae ecclesiae ibidem annue debeant comparere et supplicationem honorare, ut refert Wichmans [1].

19. Welde. C. 600.

Henricus de Welda miles, dictus *Steencop*, anno 1260 coenobio Averbodiensi dedit decimas et jus patronatus ecclesiae de Welde (alias *Welderen*). An ille loci dominus fuerit, non satis liquet, inquit Le Roy [2]. Ecclesia patronum habet S. Michaelem.

20. Westmal. C. 425.

Hunc pagum alterumque huic conterminum *Oostmal* (supra num. 12) olim tempore Francorum Saliorum celebres fuisse contendit Wendelinus (in opere *de Natali solo legum Salicarum*) scriptor eruditus sed qui multa congessit debili nixa fundamento.

De praediis hoc in loco ab Henrico I anno 1233 collatis ad fundandum monasterium S. Bernardi dictum est supra, p. 186.

Ecclesiae S. Martini collator erat episcopus Antverpiensis.

21. Westwesel. L. 1100.

In hoc pago, alias dicto *Woestwesel*, ex dono Henrici van Wilre hospitale Antverpiense possidebat decimas et jus patronatus ecclesiae S. Lamberti, cum pluribus villis et praediis [3]. Refertur illa donatio ad annum 1295. Eo titulo Mater illius hospitalis habebat praesentationem ad curam pastoralem.

22. Wortel. C. 500.

Canonici Antverpienses an. 1155 Wortelanam ecclesiam Divae

[1] Op. cit. p. 704.
[2] Op. cit. p. 410.
[3] Vide supra, p. 236.

Digitized by Google

Virginis (alias S. Joannis Bapt.) acceperunt ab episcopo Cameracensi Nicolao.

23. Zoersel. C. 330.

Ecclesiam S. Elizabethae conferebat etiam capitulum Antverpiense in hoc pago, olim a pago de Westmal sejuncto et in parochiam erecto.

§. VII.

Decanatus Bredanus [1].

1. Alphen L. 870.

Pagus antiquissimus qui in testamento S. Willibrordi *Alphein* dicitur, quique eidem Sancto ab Engelberto Franco Salio donatus fuit, anno decimo quinto Childeberti Francorum regis, ut habet donationis diploma [2]. Bona in hoc diplomate memorata S. Willibrordus reliquit monasterio Epternacensi, quod aliquot

[1] Omnes parochias hujus decanatus olim fuisse dioecesis Leodiensis et quidem antiqui decanatus Bekensis, seu *Hilverenbekensis*, sub archidiaconatu Campiniae, compertum habeo ex collatione decanatus Bredani cum antiquo illo decanatu Bekensi descripto in codice MS. dudum ante erectionem episcopatuum in Belgio exarato circa annum 1530. In citato codice MS. omittuntur loca quaedam post erectionem episcopatus Antverpiensis in parochias erecta; cur autem ibidem omittatur parochia antiquissima *Alphen* suo loco inquirendum erit.

Apud Diercxsens (tom. IV, p. 211) ex registro Landecani Antverpiensis sub decanatu Bredano enumerantur non tantum parochiae sed etiam vicariatus, oratoria vel sacella et appendices illarum parochiarum.

Parochiis illis ab eo auctore perperam accensentur *Cruyslandt* et *Nispen* quae spectant ad decanatum Bergizomensem, et *Poppel* quae parochia numquam fuit sub decanatu Bredano; erat enim dioecesis Buscoducensis sub decanatu Hilverenbekensi. Parochiam vero de *Sprundel* (infra num. 23) ponit sub decanatu Bergizomensi.

[2] Apud Le Roy, p. 461.

Digitized by Google

saeculis post (1178) eadem sub annuo censu in locationem perpetuam dedit monasterio Tongerloensi, cui Ludovicus abbas Epternacensis ecclesiam de Alphen regendam quoque concessit.

Arnoldus de Lovanio, Bredae et Bergarum dominus, cum uxore sua Elizabetha contulit eidem coenobio Tongerloensi, sub abbate Joanne de Berlaer, sexaginta bonaria in sylvis et myricis, sita in hoc pago inter villam de Nieulande et sylvam Templariorum [1].

Ecclesia Alphensis S. Willibrordo inscripta est procul dubio studio monachorum Epternacensium, qui grati erga suum fundatorem in locis, in quibus ab ipso erant ditati, cultum ipsius promovere curarunt.

Miror parochiam hanc antiquissimam non enumerari inter parochias veteris decanatus Bekensis sub archidiaconatu Campiniae in ecclesia Leodiensi, in Codice MS. citato in not. 1. Nonne illud oscitantia scriptoris factum est, aut an fortasse haec parochia ad dioecesim Cameracensem pertinuit? Utrumque a vero alienum existimo. At fieri potuit parochiam illam tum ob insignem suam antiquitatem, tum quod ad abbatiam Epternacensem quondam pertinuerit, per tempus aliquod exemptam fuisse a jurisdictione archidiaconi Leodiensis, idque privilegio speciali. Legitur quidem abbatem Tongerloensem speciali ejusmodi privilegio gavisum fuisse in antiqua parochia de Nispen, ubi integrum ei erat in subsidium curae pastoralis duos tresve ex suis canonicis submittere sine praesentatione, admissione, institutione aut consensu archidiaconi Leodiensis tamquam loci ordinarii [2]. Quidni privilegio simili gaudere potuerit parochia de Alphen?

[1] In chronico Bredano anonymi apud Le Roy, p. 443 legitur : *Anno* 1109. *Ontrent dezen tyt heeft heere Henrick tot Breda de Templiere een clooster gesticht, ende begiftigt met veele landen, soo 't Oosterhout.... als tot Alphen gelegen, ter eeren van 't innemen van Jerusalem door Godefried van Bouillon.*

[2] Wichmans, op. cit. p. 533.

Digitized by Google

2. Bavel. L. 450.

Ecclesiam parochialem conferebat pastor de Gilse, a qua ecclesia matrice separata fuit; legitur enim in citato Chronico Bredano : *Anno* 1316 *syn de parochien van Mertershem* (*nu de Hage*) *Ginneken, Etten ende Bavel geerigeert ende geseparcert van de oude moederkerck van Gilse.*

Subcensebantur pago Bavelensi vici Galder et Heusenhout.

3. Beeck. L.

Vicus olim sub pago Hagiensi cum sacello S. Gertrudi sacro, anno 1796 in parochiam erectus.

4. Breda. L. 6000.

De collegiata ecclesia B. Mariae virginis dictum est supra p. 181. Vide etiam p. 239, ubi de praepositura Vallis S. Catharinae agitur.

5. Chaem. L. 550.

Ecclesiam S. Antonio sacram conferebat abbas Tongerloensis.

6. Dorst. L. 150.

Vicariatus olim et appendix parochiae de Oosterhout, posteriori tempore regebatur per deservitorem perpetuum, quod officium erat ad collationem pastoris de Oosterhout.

7. Druysdyck. L.

Vicus cum oratorio sub parochia Hagiensi (Infra num. 14).

8. Dungen. L. 150.

Pagus Oosterhoutano conterminans, ecclesiam habet S. Lamberto sacram, cujus collator erat olim dominus Bredae, deinde episcopus Antverpiensis.

Digitized by Google

9. Etten. L. 1700.

Arnoldus de Lovanio, Bredae dominus, et ejus uxor Elizabetha anno 1277 pagi decimam vendiderunt abbatissae Thorensi [1], quae conferebat curam pastoralem ecclesiae S. Lamberti (alias S. Catharinae), anno 1316 ab Hagiensi separatae. In transactione inter episcopum Antverpiensem et abbatiam S. Bernardi anno 1636 facta quoad dotem mensae episcopalis, eidem mensae attribuitur *sub Etten mola quae vento et altera quae equo agitatur cum domistadio octo mensurarum.*

10. Gageldonck. L.

Vicus sub pago Hagiensi cum capella B. Mariae V. sacra.

11. Galder. L.

Vicus sub parochia de Ginneken cum capella in qua altare SS. Jacobi et Catharinae.

12. Gilse. L. 900.

In diplomate Hilzundis, comitissae Stryensis, quo anno 992 fundat monasterium Thorense, vocatur *Gilleyela* seu *Gilleleyela.* Monasterium illud habebat collationem curae pastoralis ecclesiae S. Petri, quae usque ad an. 1316 aliarum plurium in vicinia matrix exstitit [2].

13. Ginneken. L. 1100.

Pagus Bredae vicinus cujus ecclesia, S. Laurentio sacra, anno quoque 1316 a Gilsensi separata est. Collatio spectabat ad monasterium Thorense. De coenobio *Montis Pacis* in hoc pago fundato, vide supra p. 233.

[1] Vide Butkens, op. cit. tom. I, *Preuv.* p. 218.
[2] Vide supra p. 292 num. 2.

Digitized by Google

14. Haga. L. 2000.

De Hage, olim *Mertersen* seu *Mertersheim* a patrono suo S. Martino sic dictus, pagus Bredae vicinus, in quo curam pastoralem ecclesiae, anno 1316 a Gilsensi separatae, conferebat idem monasterium Thorense.

15. Heusenhout. L.

Vicus sub parochia Ginneken cum sacello S. Annae sacro.

16. Leur seu Op de Leur. L.

Vicus et appendix parochiae de Etten, anno 1787 in parochiam erectus.

17. Merckendael. L.

Vicus olim extra Bredae moenia nunc intra, cum sacello. Huic vico contiguum erat sacellum *S. Maters* seu S. Martini dictum, destructum tempore extensionis civitatis Bredanae.

18. Molenschot. L.

Vicus cum sacello sub Gilse.

19. Oosterhout. L. 2600.

Ecclesiae parochialis, sub invocatione S. Joannis Baptistae, B. Mariae Virginis et S. Oelberti, collatio spectavit primo ad commendatorem ordinis Melitensis, deinde ad principem Auriacum et postremo ad episcopum Antverpiensem. Celebris est in illa ecclesia cultus S. Oelberti seu Odelberti martyris[1].

Populoso huic pago subcensentur vici *Ten Houte* et *Uylendonck*.

[1] Vide editionem nostram Bruxellensem Butleri, tom. V, p. 592.

Digitized by Google

20. Riel. L.

In bulla Limitum dicitur *Reyle*. Hic pagus, omissus in registro Landecani Antverpiensi quem citat Diercxsens (supra p. 245), olim appendix de Alphen deinde in parochiam erectus, ecclesiam habet S. Antonio sacram quam conferebat abbas Tongerloensis.

21. Ryen seu den Reyen. L. 450.

Vicus cum sacello S. Mariae Magdalenae sacro, appendix parochiae de Gilse, saeculo XVIII in parochiam erectus. Pastoratum conferebat episcopus Antverpiensis.

22. Rysbergen. L. 800.

Dominicalia quaedam hujus pagi jura olim attinuerunt ad abbatiam S. Bavonis Gandavi, quae illa pro annuo et irredimibili redditu an. 1523 transcripsit Henrico Nassovio Bredae domino, exceptis juribus patronatus et collationis beneficiorum in hoc pago ac in Zundert; sicque jus illud permansit penes praepositum S. Bavonis ac deinde penes episcopum Gandavensem.

In veteri ecclesia Rysbergana, S. Bavoni et S. Barbarae sacra, celebris olim fuit memoria et peregrinatio SS. Crucis [1]. Catholici, ex hac aede ab haereticis expulsi, aliam sibi construxerunt, in qua mortales exuviae cardinalis archiepiscopi Mechliniensis Joannis Henrici de Franckenberg, Bredae an. 1804 defuncti, reconditae sunt ante majus altare. Venerandae memoriae praesulis ossa, praedecessorum suorum cineribus apponenda, aedes metropolitana Mechliniensis expostulare videtur.

23. Sprundel. L. 440.

Appendix olim parochiae de Etten (supra num. 9). In diplomate fundationis abbatiae Thorensis memoratur *castellum*

[1] Cfr. Wichmans op. cit. p. 543.

Digitized by Google

Sprundelheim. Ad illam abbatiam spectabat collatio curae pastoralis ecclesiae S. Joanni Baptistae sacrae.

Juxta registrum Landecani Antverpiensis, quem citat Diercxsens (supra p. 245), hic pagus recensetur sub decanatu Bergizomensi.

24. Sundert (*Magnum*). L. 1200.

Ingentis territorii pagus, a multo jam tempore in duas discriminatus parochias, quarum una *Groot-Sundert* et altera *Kleyn-Sundert* nominatur.

Ecclesia *Magni Sundert*, S. Trudoni sacra, spectavit ad collationem primum domini de Breda, deinde episcopi Antverpiensis.

25. Sundert (*parvum*). L. 370.

Le Roy op. cit. p. 471, refert diploma, quo abbas monasterii S. Bavonis Gandavi an. 1265, renunciat juri patronatus hujus parochiae in favorem monasterii Tongerloensis.

26. Snyders-Chaem. L.

Vicus cum sacello sub parochia Chaem, supra num. 5.

27. Ter-Heyden. L. 1000.

Ecclesia anno 1400 erecta in honorem B. Mariae Virginis et S. Antonii, olim vicariatum habebat sub capitulo Bredano, sed ineunte saeculo XVIII in parochiam ad collationem episcopi Antverpiensis erecta est.

28. Ten-Houte. L.

Vicus cum sacello appendix parochiae de Oosterhout (supra num. 19) in parochiam erectus anno 1787.

29. Teteringen. L. 600.

Collatio curae pastoralis spectabat ad episcopum Antverpiensem.

Digitized by Google

§. VIII.

Decanatus Bergizomensis [1].

1. Boudewyns-Polder. L.

Vicus quondam cum sacello aquarum inundatione sublatus.

2. Bergae ad Zoram. L.

De veteri illius oppidi ecclesia collegiata dictum est supra, p. 184.

Suppresso illic a Batavis religionis exercitio, loca sacra et monasteria, quae in hoc oppido fuere, desierunt, et catholici sacris suis humilem quamdam ecclesiam (vulgo *huis-kerk*) adaptare debuerunt. Ita in omnibus aliis ferme parochiis sub haereticorum dominatu redactis factum est, donec ineunte saeculo XIX major paulatim catholicis libertas accreverit, et veteres parochiales ecclesiae restitutae vel novae constructae fuerint.

3. Borchvliet. L.

Locus Bergarum oppido vicinus. In testamento Godefridi Bredae domini, anni 1246, habetur quod *monialibus de Borgvliet centum solidos Lovanienses* legaverit, ex quo colligitur isthic olim fuisse mansionem monasticam [2].

4. Broeckhoven. L.

Vicus olim cum sacello, appendix erat pagi de Hildernisse.

[1] Idem fere quod supra (in not. 1, p. 290), circa decanatum Bredanum de decanatu Bergizomensi notandum; promiscue enim in citato a Diercxsens registro Landecani Antverpiensis recensentur tum parochiae, tum oratoria et sacella in hamis aut vicis intra limites decanatus Bergizomensis existentia aut quae ibidem exstiterunt. Eorum namque non pauca Schaldis inundationibus penitus deperierunt; alia haereticorum furore saeculo XVI diruta, alia autem vetustate collapsa sunt.

[2] Le Roy, op. cit. p. 431.

Digitized by Google

5. Calfsdonck. L.

Vicus etiam cum sacello dudum destructo.

6. Clundert. L. vel U.

Antiquus olim pagus qui *Nieuwer-Vaert* seu *Fossa nova* dicebatur, jam anno 1300 habebat ecclesiam parochialem quam sub dioecesi Leodiensi ponit Wichmans [1], ubi enarrat miraculosam historiam venerabilis Sacramenti quod in illius pagi ecclesia miraculis plurimis coruscavit. Sed parochia haec forte fuit olim sub dioecesi Ultrajectina, nam in Bulla Limitum non nominatur, eaque sub Hollandia erat et in mappa Brabantiae non occurrebat; immo unica erat dioeceseos Antverpiensis parochia sub Hollandia.

Caeterum pagus ille cum pluribus vicinis famosa anni 1421 aquarum inundatione penitus fere periit, donec an. 1557 novis aggeribus oppositis tractus ille exsiccatus fuerit et incolis rursus frequentari coeperit, sic ut anno 1583 oppidulum, moeniis per Guilielmum I, principem Auriacum, septum, factum sit. Diu appendix fuit parochiae de *Sant-daer-buyten*, donec anno 1803 in parochiam evasit.

7. Cruyslant. L.

Pariter aquis diu submersum, deinde circa annum 1482 aggeribus septum et sensim exsiccatum in novum vicum exsurrexit, pauloque ante invasionem haereticorum pastor ibidem nominatus fuit, numquam suo munere functus. Mansit interea appendix parochiae de Steenbergen, donec anno 1795 in parochiam sit erectus, ut collegi ex notatione patrui mei Adriani de Ram, S. T. B. F. et Art. Doct., pastoris in Steenbergen, anno 1825 vita functi. Ex ipsius schedulis plura collegi quae ad describendum decanatus Bergizomensem et Bredanum mihi profuerunt.

[1] Brab. Mar., p. 541.

Digitized by Google

8. De Blaeck. L.

Vicus olim cum sacello.

9. Distelloort. L.

Vicus in agro *Prince-Land*, qui a frequentibus inundationi-
ous sensim emersus appendix deinde fuit parochiae de Gastel,
lonec anno 1795 una cum *Prince-Land* in parochiam sit
erectus.

10. Emaüs. L.

Prope Bergas ad Zomam in pago Hildernisse (de quo infra
num. 18) erat coenobium virginum cui nomen *Emaüs*, quod
aquarum inundatione periit.

11. Engelsborch. L.

Vicus olim cum sacello.

12. Esschen. L.

Vetus dominium sub pago de Nispen (infra num. 24) quod
anno 1159 coenobio Tongerloensi accessit[1], dono Berneri de
Risebergen. Occupata a Batavis illa Brabantiae parte, Esschen
sub Belgio Austriaco remansit et in eo loco nova erecta est eccle-
sia ad quam pastor Nispensis commigravit. Collator curae pasto-
ralis erat abbas Tongerloensis.

13. Fynaert. L.

Ex antiquis monumentis constat hunc locum parochum aut
rectorem proprium circa annum 1572 habuisse; ille enim eodem
anno vel anno sequenti, quo Martyres Gorcomienses passi sunt,
Brilae a Calvinistis e patibulo suspensus est.

Appendix deinceps fuit parochiae de *Sant-daer-buyten*, sed

[1] Vide Le Roy, op. cit. p. 140.

Digitized by Google

anno 1796 una cum agro *Heyninge* rursus in parochiam erectus est.

14. Gastel. L. 1400.

Gastel vel *Gestel* antiquus et amplus pagus, in quo ingentia rura anno 1275 et duobus sequentibus monasterium S. Bernardi accepit ab Arnoldo de Lovanio Bredae et Bergarum domino[1]. Ab ejusdem abbatiae monachis deserviebatur cura pastoralis.

15. Halteren. L.

Halteren seu rectius *Halsteren* pagus ad septentrionalem partem Bergarum ad Zomam, olim castello instructus, cujus rudera adhuc videbantur circa an. 1678 quo Le Roy citatum saepius suum librum edidit.

Patronatu ecclesiae gaudebat episcopus Antverpiensis.

16. Haerle. L.

Idem quod *Harella*, appendix olim parochiae de *Woude*.

17. Heyninge. L.

Vicus olim cum sacello juxta *Fynaert* supra num. 13.

18. Hilderniss. L.

Pagus ad meridionalem partem Bergarum ad Zomam, Schaldique vicinus, aquarum inundatione jampridem una cum coenobio *Emaüs* (supra num. 10) majori ex parte submersus.

Jus patronatus ecclesiae illius anno 1442 Joannes de Glymes, Bergarum dominus, concessit pro dote collegii canonicorum Bergizomensium[2].

[1] Diplomata referunt Butkens, op. cit. lib. VII, *Preuv.* p. 218, et Le Roy, p. 489.

[2] Cfr. supra p. 184, et Miraeus, tom. I, p. 785.

Digitized by Google

Habuit in hoc pago dominatum quemdam Arnoldus de Hilderisse, de quo in vetusto codice curiae feudalis Brabantiae, citato apud Le Roy, p. 487, mentio est an. 1322. Ex eadem forsitan familia fuit, si non ex eodem pago, frater iste Guilielmus de Hildernisse, Ordinis B. Mariae de Monte Carmeli, spurcissimae sectae *Hominum intelligentiae* antesignanus, contra quem Petrus de Alliaco episcopus Cameracensis anno 1411 processum instituit [1].

Jus patronatus ecclesiae spectabat ad abbatissam Nivellensem.

19. Hoeven S. Catharinae. L.

Pagus nomen sortitus est ab *Hoevis*, id est villis quas magno numero olim hic obtinuit abbatia S. Bernardi a qua anno 1636 mensae episcopali Antverpiensis transcripta fuerunt *sub Hoeven omnes decimae, terrae, prata, domus de Bovendonck, villae, totumque dominium de Hoevis, cum jurisdictione, mola, censibus, miricis et qualibuscumque juribus, appendentibus et dependentibus*. Illius tamen monasterii abbati reservatum fuit jus praesentandi seu deputandi ad curam pastoralem ecclesiae S. Joannis Baptistae (alias S. Catharinae) aliquem ex suis religiosis, cui episcopus, si eum per examen reperiebat idoneum, tenebatur providere ad formam bullarum incorporationum sex pastoratuum, scilicet Woude, Gastel, Oudenbosch, Loenhout et Capelle.

20. Hoogerheyden. L.

Dominium, ita dictum ob situm in vasta planitie, pertinuit ad priscos Bergarum dominos usque ad annum 1353, quando Henricus de Bautersem, Bergarum dominus, illud abalienavit [2]. Veteri vici capellae, saeculo XVI ab haereticis destructae, nova

[1] Cfr. Paquot, *Mém.* tom. VIII, p. 94, et nova nostra Brux. editio Butteri, tom. VI, p. 304, not. 5.

[2] Vide Le Roy, p. 490.

Digitized by Google

successit ecclesia saeculo XVIII a catholicis condita et in parochiam erecta.

21. Huybergen. L. 300.

Cura pastoralis ecclesiae B. Mariae Virginis incorporata erat monasterio Guilielmitarum de quo dictum est supra, p. 226.

22. Nieugastel. L.

Appendix olim pagi de Gastel, supra num. 14.

23. Nieuvosmeer. L.

Appendix quondam parochiae de Halsteren (supra num. 15), locus erat dubiae quasi jurisdictionis, olim enim fuit sub episcopatu Antverpiensi, deinde cessit Missioni Batavae ac recentiori tempore in parochiam erectus.

24. Nispen. L.

Antiquitus *Nisipa*, pagus amplus sub baronatu Bredano cum ecclesia parochiali quae multarum aliarum matrix fuit. Jam ante annum 1368 solebat abbas Tougerloensis duos aut tres ex suis canonicis submittere in subsidium curae pastoralis idque sine praesentatione aut consensu archidiaconi Leodiensis, ut supra, p. 291, dictum est. Idem coenobium anno 1157 acquisivit *duas partes decimarum in Nisipa et Sunderda cum conductu ecclesiarum*, et anno 1269 ab Arnoldo de Lovanio, Bergarum domino, accepit *collationem decimarum novalium in parochia de Nispen* [1].

Ecclesia B. Mariae Virgini sacra erat. Vide supra *Esschen* num. 12.

25. Ossendrecht. L.

Pagus ad dextram orientalis Schaldis ripam situs, cujus me-

[1] Le Roy, op. cit. p. 473.

Digitized by Google

ninit Brabantiae dux Henricus I in literis quibus anno 1212 paciscitur cum Godefrido Bredae et Bergarum domino de teloneo seu vectigali quod Strynae in Zelandia pendebatur [1].

Pagus cum ecclesia parochiali, S. Matthaeo evangelistae sacra, quarum inundationibus depressus, factus est appendix parochiae deinceps in Hoogerheyden erectae (supra num. 20).

26. Oudenbosch. L.

Pagus olim dictus *Baerlebosch* ecclesiam habet S. Agathae martyri inscriptam, cui abbas S. Bernardi pastorem e monachorum suorum gremio praeficiebat. Eadem abbatia hic decimas aliaque bona possidebat.

27. Polder. L.

Vicus cum sacello dudum destructo.

28. Prince-Land. L.

Vide supra *Dinteloort* num. 9.

29. Putte. L.

Pagus in extremis terminis marchionatus Bergarum, Antverpiam versus. Curam pastoralem ecclesiae una cum capellania in castro de Woude prioratui Huybergensi perpetuo commisit, ut dicitur, Elizabeta Maria Bergarum marchionissa quae nupta fuit principi Eitello Frederico de Hohenzollern, ex quo reliquit unicam filiam et haeredem Henricam Franciscam anno 1662 matrimonio junctam Frederico Mauritio de La Tour d'Auvergne, Bergis ad Zomam demortuam die 17 octobris 1698. Attamen ecclesiae illius patronum fuisse crediderim episcopum Antverpiensem vi contractus separationis mensae episcopalis a monasterio S. Bernardi an. 1636.

[1] Apud Miraeum, tom. I, p. 570.

Digitized by Google

30. Roosendael. L. 500.

Ab ecclesia Nispensi (supra num. 24) originem suam traxit ecclesia Roosendaliensis circa an. 1268, ut constat ex literis Arnoldi de Gaesbeke *tutoris legitimi et domini terrae de Breda*, in quibus refert *quod homines sui de Calsdonck, de Hulsdonck et de Langdonck constituti in sua praesentia, capellam sitam in loco dicto Rosendale, ab eis incoeptam, et consideratam in honorem Dei Genitricis sanctissimae, per consensum et voluntatem suorum praelatorum, propter remotionem viae a matrice sua ecclesia de Nispen, et defectionem non solum in divinis officiis, sed in necessariis ecclesiasticorum sacramentorum, dotaverint novem bonariis terrae, etc.* [1]. Curam pastoralem procurabant canonici Tongerloenses.

31. Ruckvenne seu Rutvenne. L. 550.

Pagus prope Roosendael, cujus curam pastoralem conferebat comes Hoogstratanus. Olim erat sacellum, non nisi post turbas Calvinistarum in parochiam erectum.

32. Sant-daer-Buyten. L.

Locus aggeribus circumdari et exsiccari ab aquis coepit anno 1521. Non tamen verosimile est continuo in vicum aut pagum excrevisse, multo minus parochiam fuisse, quae illic tantum erecta fuit sub patrono S. Joanne Baptista post turbas saeculi XVI, antea enim erat appendix parochiae de Fynaert vel de Oudenbosch.

33. Steenbergen. L.

Oppidum hoc, duabus leucis a Bergis ad Zomam distans, olim emporium admodum florens fuisse fama refert. Fertur etiam illic olim fuisse collegium canonicorum seu beneficiatorum, numero quindecim, quorum patronus erat S. Gummarus cui parochialis

[1] Wichmans, op. cit., p. 537.

Digitized by Google

ecclesia sacra est. Collatio curae pastoralis spectabat ad episcopum Antverpiensem.

34. Vroenhout. L.

Vicus sub Woude, quondam celebris monasterio Vallis S. Catharinae de quo supra, p. 239.

35. Willemstad. L.

Olim vicus dictus *Ruyen* seu *Ruygen*, ager vero *Ruygen-Hil*, ab anno 1583 oppidulum munitum, appendix parochiae de Fynaert.

36. Woensdrecht. L.

Vicus crebris aquarum inundationibus adeo imminutus ut vix exiguus appendix fuerit parochiae de Ossendrecht quae eadem calamitate depressa fuit (supra num. 25).

37. Woude. L.

Amplus pagus in quo fuit praeclarum castellum a priscis Bergarum dominis conditum.

Arnoldus de Lovanio cum Elizabetha uxore sua, domina terrae de Breda, anno 1277 vendidit monasterio S. Bernardi decimas in parochiis de Woude et Loenhout, item jus patronatus [1].

Curam pastoralem ecclesiae parochialis, S. Leonardo sacrae, conferebat abbas ejusdem monasterii.

[1] Diploma exstat apud Butkens, op. cit. lib. VII, *Preuv.* p. 219.

Digitized by Google

§. IX.

Parochiae et beneficia cum taxa eorumdem sub archidiaconatu Antverpiensi in ecclesia Cameracensi circa finem saeculi XIV.

Finem operi imponet, ad instar appendicis ad ea quae supra p. 148 de archidiaconatu Antverpiensi ante episcopatus erectionem dicta sunt, excerptum ex veteri quodam documento inedito quo dignoscitur in quae loca olim sese extenderit jurisdictio archidiaconi Antverpiensis in ecclesia Cameracensi exeunte saeculo XIV.

Qui fuerint ea aetate episcopatuum limites, quaeque eorumdem in archidiaconatus et decanatus divisio et horum parochiae ac beneficia, nulla ex re rectius cognosci potest quam ex antiquis *Taxis beneficiorum* quae in quibusdam codicibus MSS. saeculi XIV et XV reperiuntur.

Similem taxam e codice saeculi XIV pro dioecesi Cameracensi per archidiaconatus distributa edidit vir doctissimus mihique colendissimus Le Glay in suo *Cameraco Christiano*, p. 494. Ego quidem et antiquiorem et ampliorem descripsi ex MS. codice archivii archiepiscopatus Mechliniensis. Codex ille, variae aetatis scripturae et characterum documentis repletus, confectus seu potius collectus tempore Joannis de Burgundia (qui Cameracensem ecclesiam rexit ab anno 1440 ad annum 1479), continet *Taxationes beneficiorum civitatis et dioecesis Cameracensis secundum antiquam taxationem, sed reductam ad monetam currentem per decretum Urbani V, cum designatione suorum collatorum.* Ad calcem hujus taxae sequitur *Copia bulle domini quondam Urbani pape quinti qui decimam omnium beneficiorum ecclesiasticorum in certis provinciis regni Francie reduxit in medietate anno domini millesimo trecentesimo sexa-*

Digitized by Google

gesimo quinto [1], *de qua fit mentio in prescripta taxatione.* Ex illo itaque codice deprompsi Archidiaconatum Antverpiensem qui ad rem nostram pertinet.

DECANATUS ET ARCHIDIACONATUS ANTWERPIENSIS, EX COD. MS. SAECULI XIV [2].

Antwerpia beate Marie	XVII	lib.	Capitulum loci.
Antwerpia in Castro [3]	XXV	lib.	Ecclesia.
Antwerpia ad Arborem [4]	X	lib.	Abbas Lobbiensis.
Capellania Antwerpiensis in Castro .	XV	lib.	Idem.
Arcelaer [5]	VII	lib.	Idem.
Capellania beate Margarete ibidem .	VII	lib.	Idem.
Bouwele	XII	lib.	Dominus de Crayendonck [6].
Capellania ibidem	XIII	lib.	Idem.
— beati Michaëlis . . .	X	lib.	Idem.
Berchem sancti Willebrordi. . . .	XV	lib.	Dominus Episcopus.
Brechte	XX	lib.	Tongrebeke, persona.
Capellania prime misse	X	lib.	
— beate Marie	VIII	lib.	
— beati Leonardi extra ecclesiam	X	lib.	
Bersele [7].	XII	lib.	
Capellania beate Marie	XII	lib.	
— beati Michaëlis. . . .	XVI	lib.	Dominus Episcopus.
Bouchout	XVI	lib.	Bavo Gandensis.

[1] Attamen in fine bullae legitur : *Datum Avenione III kal. marcii pontificatus nostri anno primo;* itaque dicendum anno 1363 et non 1365, nam Urbanus V electus est mense septembri anni 1362.

[2] Prima linea seu columna exhibet parochias cum earum capellaniis seu beneficiis, secunda taxationes et tertia nomina patronorum seu collatorum.

[3] Ecclesia S. Walburgis in castro Antverpiensi seu *Burgo*. Vide supra p. 247.

[4] *Boom*, sub decanatu Lyrano, supra p. 265.

[5] *Aertselaer*, sub decanatu rurali Antverpiensi, supra p. 250.

[6] Lege *Crayenhem*. Vide supra p. 273.

[7] *Beersel*, sub decanatu Lyrano, supra p. 264.

Digitized by Google

Capellania beate Marie ibidem	viii	lib.	
— beati Nicolai	vii	lib.	
— beati Johannis	vii	lib.	
Berlaer sancti Petri	xxv	lib.	Persona.
Capellania ibidem beate Marie	vii	lib.	
— beati Nicolai	vii	lib.	
— beati Joannis	xx	lib.	
— beate Marie ibidem	viii	lib.	
— sancti Joannis	viii	lib.	
Bersse et Vosselaer [1]	xx	lib.	
Capellania S. Marie ibidem	x	lib.	
Buisseghem [2]	xiiii	lib.	Gaugericus Cameracensis.
Barendrecht [3]	viii	lib.	
Borsebeke	x	lib.	Michaël Antwerpiensis.
Capellania ibidem	x	lib.	
Brouchem [4]	xvi	lib.	
Casterle	xviii	lib.	Capitulum Cameracense.
Capellania Marie ibidem	viii	lib.	Idem.
Conteke [5]	xx	lib.	Abbas Lobbiensis.
Capellania beate Marie	vii	lib.	Idem.
— sancti Martini	vii	lib.	Idem.
Duffele	xx	lib.	Persona loci, nunc vero abbas de Tongreloe.
Capellania ibidem beate Marie	xii	lib.	Dominus Episcopus.
— beati Joannis	xii	lib.	Idem.
— sancti Jacobi	xii	lib.	Idem.
Doerne [6]	xx	lib.	
Capellania beate Marie ibidem	viii	lib.	Antwerpiensis abbas.
— beati Nicolai	viii	lib.	Idem.
— beate Agathe	vii	lib.	Idem.
Emblem [7]	x	lib.	Capitulum Lirense.

[1] Unitae quondam ecclesiae de *Beerse* et Vorselaer, sub decanatu Hoogstratano, supra p. 284 et 288.

[2] Apud Le Glay *Busseghem:* forte *Buysingen* postea in archiepiscopatu Mechliniensi sub decanatu Leeuwensi S. Petri.

[3] *Berendrecht*, sub decanatu rurali Antverpiensi, supra p. 252.

[4] Apud Le Glay *Broinghem*. Vide p. 266.

[5] *Contich*, sub decanatu rurali Antverpiensi, supra p. 253.

[6] *Deuren* seu *Deurne*, sub eodem decanatu, supra p. 254.

[7] *Emblehem*, sub decanatu Lyrano, supra p. 267.

Digitized by Google

Ghuisseghem [1].	xx	lib.	
Gheele [2].	xx	lib.	Persona.
Capellania hospitalis ibidem . . .	viii	lib.	Eadem.
— beate Marie	xii	lib.	Eadem.
— beate Dymphne in choro.	xii	lib.	Eadem.
— extra chorum beate Dymphne. . . .	viii	lib.	Eadem.
— beate Marie lamentabilis.	viii	lib.	Eadem.
— hospitalis	viii	lib.	Eadem.
Ghierle	xx	lib.	Eadem.
Capellania ibidem beate Marie . .	viii	lib.	Eadem.
Capellania beate Margarete in Thielen.	viii	lib.	Eadem.
Ghestele.	xiiii	lib.	Dominus Episcopus.
Capellania beate Marie ibidem . .	vii	lib.	Idem.
Hocbeken [3].	xvi	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Heymunssem [4].	xv	lib.	Lobien.
Hoechstraten	x	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania hospitalis ibidem . . .	viii	lib.	Idem.
— beate Marie	viii	lib.	Idem.
— beati Johannis. . . .	viii	lib.	Idem.
— sancte Crucis	viii	lib.	Idem.
— sancte Catharine . . .	viii	lib.	Idem.
— in Castro [5].	xviii	lib.	
— beate Marie in Beginagio de Hoechstrate	ix	lib.	
Herentals sancte Waldetrudis . . .	xx	lib.	Persona.
Capellania hospitalis	viii	lib.	Eadem.
— beati Sebastiani . . .	vii	lib.	Eadem.
— sanctarum Catharine et Dympne	x	lib.	Eadem.
— beati Nicolai	xii	lib.	Eadem.

[1] Apud Le Glay *Gusseghem* legitur, *Gysegem* postea in archiepiscopatu Mechliniensi sub decanatu Alostano.

[2] Ghelae municipium bulla limitum episcopatus Sylvaeducensis, data a Pio IV quinto Idus martii 1561, assignatum fuit huic dioecesi.

[3] *Hoboken* (supra p. 256), non vero *Hombeke* prope Mechliniam.

[4] *Heymissem*, supra p. 256. Apud Le Glay non recte legitur *Hemmerpen*, quamquam pagi illius nomenclatura mirum in modum variaverit, ut citato loco notatur.

[5] Intelligenda est capellania a domino Hoogstratano in sacello castri seu praetorii sui fundata.

Digitized by Google

Capellania beate Marie	VIII	lib.	Persona.
— sancte Barbare. . . .	VIII	lib.	Eadem.
— sancti Spiritus. . . .	VIII	lib.	Eadem.
— beate Marie Magdalene.	VIII	lib.	Eadem.
— prime misse	VIII	lib.	Eadem.
— sancte Margarete. . .	VIII	lib.	Eadem.
— sancte Waldetrudis . .	VIII	lib.	Eadem.
— sancte Catharine et Barbare	VIII	lib.	Eadem.
— Trinitatis	VIII	lib.	Eadem.
— Beghinarum in choro .	VIII	lib.	Eadem.
— sancte Crucis	VIII	lib.	Eadem.
— Beghinarum in infirmario	VIII	lib.	Eadem.
— altera	VIII	lib.	Eadem.
— sanctorum Anthonii et Judoci	IX	lib.	Eadem.
— sancte Crucis et Servatii.	VIII	lib.	Eadem.
— sancti Johannis evangeliste	X	lib.	Eadem.
— Beghinarum Herenthalensium	VIII	lib.	Eadem.
— leprosarie extra muros .	VIII	lib.	Eadem.
Halle [1]	X	lib.	Capitulum Cameracense.
Capellania ibidem	VI	lib.	Idem.
Herentout sancti Gummari. . . .	X	lib.	Lirense Capitulum.
Capellania ibidem beate Marie . .	X	lib.	
Hoves [2]	XVIII	lib.	Lobbiensis abbas.
Haerselle [3]	XX	lib.	Persona, nunc abbas loci de Tongreloe.
Capellania ibidem	VIII	lib.	Idem.
— beate Marie	VIII	lib.	Idem.
— sancti Ignatii	VIII	lib.	Idem.
Herentout beati Petri	XVI	lib.	Sanctus Aubertus.
Capellania beati Nicolai ibidem . .	VIII	lib.	Idem.
— beate Marie ibidem . .	VIII	lib.	Idem.
— alia de novo	VIII	lib.	Idem.
— It. alia de novo non taxata.			

[1] Vulgo *Maeger-Halle*, supra p. 268.
[2] *Hove S. Laurentii*, sub decanatu rurali Antverpiensi, supra p. 256.
[3] *Herselt*, sub decanatu Herendaliensi, supra p. 279.

Digitized by Google

Hulsthout [1]	x	lib.	Persona.
Heyst [2]	xx	lib.	Eadem.
Capellania ibidem non taxata	»	lib.	Eadem.
— sancti Lamberti	viii	lib.	Eadem.
— de Herlaer sancte Crucis [3]	xii	lib.	Eadem.
— beate Marie	viii	lib.	Eadem.
— ibidem sancte Crucis	viii	lib.	Eadem.
Iteghem [4]	xvi	lib.	Gaugericus Cameracensis.
Capellania ibidem beate Marie	viii	lib.	Idem.
Keerberghe [5]	xx	lib.	Affligimensis abbas.
Kessele sancti Salvatoris	x	lib.	Capitulum Lirense.
Capellania sancti Salvatoris ibidem	x	lib.	Idem.
— beate Marie	v	lib.	Idem.
Lichtet [6]	xx	lib.	Idem.
Lire sancti Gummari	xx	lib.	Idem.
Cura Beghinarum	xv	lib.	Idem.
Lilloe [7]	xv	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania sancti Benedicti non taxata			Idem.
Mersblaes [8]	x	lib.	
Capellania beate Marie ibidem	viii	lib.	Abbas sancti Michaëlis.
Meerbeke [9]	x	lib.	Dominus loci.
Milleghem cap. loci [10]	viii	lib.	Persona de Ranst.
Mortsele	xii	lib.	Lobbiense.
Capellania ibidem	viii	lib.	
— sancte Gudule juxta ecclesiam de Mortsele	x	lib.	

1 *Hulshout*, vide p. 280.

2 *Heyst-op-den-Berg*, vide p. 268.

3 *Halder* seu *Hallaer* appendix pagi Heyst-op-den-Berg.

4 Apud Le Glay *Itenghem*.

5 Antiquum illud districtus Hoogstratani dominium, situm ad Dyliam fluvium versus Mechliniam, in bulla limitum illius archiepiscopatus pagis annumeratur.

6 *Lichtert* seu *Lichtaert* sub decanatu Herendaliensi, supra p. 280.

7 *Lillo*, vide p. 257.

8 *Mercxplas*, vide p. 286.

9 *West-Meerbeek*, vide p. 280.

10 Quum capellania illius loci hoc tempore dicatur fuisse ad collationem personae de Ranst, inde sequitur veterem parochialem ecclesiam de Milleghem exeunte saeculo decimo quarto non amplius habuisse proprium parochum. Cfr. supra p. 259.

Digitized by Google

Merxem beati Bartholomaei [1] . . .	XII	lib.	Antwerpiense.
Moechove [2]	X	lib.	Dominus loci.
Capellania beate Marie	X	lib.	
Nille juxta Scelle [3]	X	lib.	
Capellania ibidem	VIII	lib.	
Nylen [4]	XVI	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania ibidem	VIII	lib.	Capitulum Lirense.
Noerderwyck [5].	XVI	lib.	Persona.
Capellania beate Marie ibidem . .	VIII	lib.	Eadem.
— sancti Bavonis. . . .	VII	lib.	Eadem.
— sancti Bavonis de novo fundata	VIII	lib.	Eadem.
Oerderen [6].	XX	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania beate Marie ibidem. . .	VII	lib.	
Ouele [7]	IV	lib.	Tongreloe.
Ouden [8]	XVI	lib.	Gaugerici Cameracesii.
Outswele [9]	XV	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Oelen	X	lib.	Tongreloe.
Oestmale [10]	X	lib.	Abbas Everbodensis.
Capellania beate Marie	VII	lib.	Idem.
— altera ibidem			
Putrebossche [11]	X	lib.	Dux Brabanticus.
Capellania ibidem.	VIII	lib.	Idem.

[1] *Mercxem*, supra p. 257. Apud Le Glay legitur *Mercpen*.

[2] *Morchoven*, supra p. 281.

[3] *Niel* juxta Schelle, supra p. 258. Apud Le Glay non recte legitur *Nille juxta Tille*.

[4] Apud Le Glay male legitur *Nielue* eoque nomine perperam creditur designari *Niel*, cujus jam mentio facta est. Vide p. 269.

[5] *Norderwyck*, sub decanatu Herendaliensi, p. 281. Apud Le Glay legitur *Noerdenwich*.

[6] *Oirderen*, sub decanatu rurali Antverpiensi, p. 258. Le Glay habet *Oederem*, quo nomine *Oeleghem* (sub decanatu Lyrano, p. 272) designari errone ecredit.

[7] *Oevel*, olim *Oevelo*, pagus juxta Ghelam, bulla limitum dioecesi Sylvaducensi adscriptus. Apud Le Glay legitur *Onelle* pro *Ouelle*.

[8] *Ouwen* et *Grobbendonck*, sub decanatu Herendaliensi p. 274. Posterius itaque nomen, quo nunc pagus gaudet, nondum innotuerat ea aetate qua *Taxa* nostra Cameracensis conscripta fuit.

[9] *Austruweel*, supra p. 252. Apud Le Glay habetur *Outswelle*.

[10] *Oostmal*, supra p. 287.

[11] *Pulderbosch*, supra p. 271. Le Glay habet *Piechebosche*.

Digitized by Google

Pulle beate Marie.	xvi	lib.	Persona loci.
Poedrele [1]	xv	lib.	Capitulum Camerac.
Capellania sancti Joannis ibidem. .	viii	lib.	Idem.
Cap. S. Amelberge in Vorsele. . .	viii	lib.	Idem.
Putte [2]	xii	lib.	Dominus Episcopus.
Rumesta [3]	xvi	lib.	Persona loci.
Capellania sancti Petri ibidem . .	vii	lib.	Eadem.
— beate Marie	vii	lib.	Eadem.
— in castro Castralis . .	viii	lib.	Eadem.
— sanctarum Catharine et Margarete	viii	lib.	Eadem.
Ranst.	xx	lib.	Eadem.
Capellania ibidem beate Marie et sancti Joannis Baptistae.	viii	lib.	Eadem.
Capellania sancte Crucis	x	lib.	Eadem.
— altera sancte Crucis . .	viii	lib.	Eadem.
— beati Dionisii	viii	lib.	Eadem.
Reed [4]	vii	lib.	Lobbiense.
Riemenan [5].	xiii	lib.	Affligimense.
Capellania ibidem beate Marie . .	viii	lib.	Idem.
Rickeborsele [6].	xx	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania beate Marie ibidem . .			
Staetbroec [7].	xv	lib.	
Capellania sanctarum Marie et Catharine ibidem. . . .	viii	lib.	Idem.
— beate Marie ibidem . .	viii	lib.	Idem.
Scoten [8]	xv	lib.	Idem.
Capellania ibidem.	vi	lib.	Idem.
— altera ibidem	xv	lib.	Idem.
Stilde. [9]	xii	lib.	Affligimense.
Capellania beate Marie ibidem . .	viii	lib.	Idem.

1 Vide p. 282.
2 Vide p. 303.
3 *Rumpst*, supra p. 272.
4 Apud Le Glay legitur *Roede*. Vide p. 272.
5 *Rymenam* prope Mechliniam. Le Glay habet *Rymemam*.
6 *Ryckevorsel*, supra p. 288. Le Glay habet *Riethebersele* quo nomine non recte intelligit *Beersel* pagum modo supra indicatum.
7 *Stabroeck*, supra p. 261. Le Glay legit *Stuebrock*.
8 *Schooten*, p. 261.
9 *Schilde*, p. 260. Apud Le Glay *Stille*.

Digitized by Google

Capellania altera sancti Wiberti . .	VIII	lib.	Affligimense. .
Scrieke [1].	X	lib.	Idem.
Scelle juxta Scaldam [2]	XVIII	lib.	
Capellania beate Marie ibidem . .	VIII	lib.	Capitulum Mechliniense.
— sancti Wiberti non taxata			
Tournout [3]	XX	lib.	Persona pridem, nunc vero capitulum loci.
Capellania beate Marie ibidem . .	X	lib.	Idem.
— beate Catharine . . .	XI	lib.	Idem.
— sancti Spiritus. . . .	X	lib.	Idem.
— sancti Nicolai	X	lib.	Idem.
— beati Joannis Baptistae .	X	lib.	Idem.
— sancte Agathe. . . .	VIII	lib.	Idem.
— sancte Crucis de novo .	VII	lib.	Idem.
— sancti Joannis evangeliste	X	lib.	Idem.
— beate Marie Magdalene .	X	lib.	Idem.
— in Beginaghio	X	lib.	Idem.
— ou Viès Tournout [4] . .	X	lib.	Idem.
Tongreloe	VIII	lib.	Abbas loci.
Voerselle [5]	XX	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania ibidem.	VIII	lib.	Idem.
Vriemde Joannis Evangelistae [6] . .	XII	lib.	Sanctus Aubertus Camer.
Capellania ibidem.	VIII	lib.	Idem.
Voersselaer [7]	XX	lib.	Capitulum Cameracense.
Capellania ibidem.	X	lib.	Idem.
— beate Marie.	X	lib.	Idem.
— sancti Petri.	X	lib.	Idem.
— beate Marie.	VIII.	lib.	Idem.
Wortele.	XX	lib.	Idem [8].

[1] *Schriek* sub archiepiscopatu Mechliniensi.

[2] Vide p. 260.

[3] Vide pp. 170 et 288.

[4] *Oud-Turnhout.* Vide p. 287.

[5] Apud Le Glay legitur *Torselle.* Fateor me nescire qualis hoc nomine indicatur locus.

[6] *Vremde*, p. 272.

[7] *Vorselaer, op 't Zand*, sub decanatu Herendaliensi, supra p. 283.

[8] Attamen Wortelana ecclesia capitulo Antverpiensi ab episcopo Cameracensi an. 1155 concessa dicitur. Vide p. 280.

Digitized by Google

Capellania ibidem.	VIII	lib.	Capitulum Cameracense.
Westmale [1].	XIV	lib.	Dominus Episcopus.
Capellania ibidem.	VIII	lib.	Idem.
Voerscoten [2]	X	lib.	
Woemelghem [3]	XII	lib.	
Capellania sancti Petri ibidem. . .	X	lib.	
— sancti Joannis	VIII	lib.	
Wavera sancte Marie. [4].	XIV	lib.	Dominus Episcopus.
— sancti Nicolai [5]. . . .	XII	lib.	Idem.
Wilereke [6]	XV	lib.	Bavo Gandensis.
Wezele [7].	X	lib.	
Capellania ibidem.	VIII	lib.	
Wechle [8]	X	lib.	
Capellania beate Marie ibidem.	VIII	lib.	
— sancti.	VIII	lib.	
Warlois. [9]	VIII	lib.	Abbas Lobbiensis.
Wilmaerdonck [10]	XV	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania ibidem.	VIII	lib.	Idem.
Wineghem [11]	IX	lib.	
Capellania ibidem.	VI	lib.	
Wavera sancte Catharine [12] . . .	VIII	lib.	Dominus Episcopus.
Walem [13]	XV	lib.	Capitulum Mechliniense.
Capellania ibidem castralis. . . .			
Westerle [14].	XX	lib.	Tongreloe.
Capellania ibidem beate Marie de novo fundata ad collationem Domini loci.			

1 *Westmal*, p. 289.
2 *Voorscholen* nunc Viersel, p. 272.
3 *Wommelghem*, p. 262. Apud Le Glay legitur *Woevelghem*.
4 *Wavria* S. *Mariae* sub archiepiscopatu Mechliniensi.
5 *Putte*, sub eodem archiepiscopatu prope Mechliniam, olim dicebatur *Wavria S. Nicolai*.
6 *Wilryck*, p. 262.
7 *'S Gravenwezel*, sub decanatu rurali Antverpiensi, p. 255.
8 *Wechelerzande*, p. 283.
9 *Waerloos*, p. 273.
10 *Wilmersdonck*, p. 262. Apud Le Glay legitur *Willemeersdonck*.
11 *Wyneghem*, p. 263.
12 *Sinte-Catelyne Waver*, prope Mechliniam.
13 *Waelhem* prope Mechliniam.
14 *Westerloo*, dioecesis Sylvaeducensis sub decanatu Ghelensi.

Digitized by Google

Capellania ibidem S. Crucis	viii	lib.	Tongreloe.
Verle [1]	xv	lib.	
Capellania beate Marie ibidem.	viii	lib.	
Zanthoven	xv	lib.	Thesaurarius Camerac.
Capellania beate Marie	viii	lib.	
— altera.	xv	lib.	
Zantvliet	xv	lib.	Capitulum Antwerpiense.
Capellania ibidem.	viii	lib.	
Zoersele. [2]	vi	lib.	
Capellania ibidem.	viii	lib.	

In ecclesia Tournotensi sunt xii prebende quarum octo confert Dominus Episcopus, duas Dux Brabantie et duas Dux Ghelrie.

In ecclesia collegiata Lirensi sunt xviii prebende, taxata quaelibet xvii lib.

Capellania dicte ecclesie Lirensis.

Capellania prime misse.	xxi	lib.
— misse animarum	viii	lib.
— beati Nicolai	xii	lib.
— Joannis Baptistae.	xiii	lib.
— beati Jacobi.	x	lib.
— beate Agathe	xiv	lib.
— beate Catharine	viii	lib.
— beate Marie.	viii	lib.
— sancti Salvatoris	xvi	lib.
— beate Marie ab antiquo.	vii	lib.
— sancti Gummari	vi	lib.
— beati Matthiae.	v	lib.
— sancti Salvatoris	vi	lib.
— sancti Martini	vi	lib.
— sancte Lucie	vi	lib.
— sancte Barbare.	vi	lib.
— sancti Laurentii	iiii	lib.
— sancti Spiritus.	vi	lib.
— sancte Agnetis.	iiii	lib.

[1] Vide p. 282.

[2] *Zoersel*, p. 290; apud Le Glay *Zoetselle*.

Digitized by Google

Capellania	Magdalene	VIII	lib.
—	Hospitalis	VI	lib.
—	sancti Gummari in Choro.	VI	lib.
—	Ibidem	IIII	lib.
—	misse animarum in Beghinagio.	VI	lib.
—	beate Marie	IV	lib.
—	beate Elisabeth . . .	V	lib.
—	beati Eligii ab antiquo.	V	lib.
—	beati Eligii de novo. .	V	lib.
—	beate Margarete . . .	X	lib.
—	sancti Petri in Lira . .	VIII	lib.

Canonici beate Marie Antwerpiensis sunt XIIII decano computato pro duobus, quorum quilibet taxatur ad LX lib.

Capellani dicte ecclesie.

Primus	XV	lib.	23us	XX	lib.
2us	XV	lib.	24us	XV	lib.
3us	X	lib.	25us	X	lib.
4us	XII	lib.	26us	X	lib.
5us	XII	lib.	27us	XV	lib.
6us	X	lib.	28us	VIII	lib.
7us	XX	lib.	29us	VIII	lib.
8us	XX	lib.	30us	X	lib.
9us	X	lib.	31us	VIII	lib.
10us, thesaurarius . . .	X	lib.	32us	XV	lib.
11us	XV	lib.	33us	XV	lib.
12us	XX	lib.	34us	XV	lib.
13us	C.	s.	35us	VIII	lib.
14us	XV	lib.	36us	XV	lib.
15us	XIIII	lib.	37us	VIII	lib.
16us, cantor	XIII	lib.	38us	VIII	lib.
17us	X	lib.	39us	X	lib.
18us	XX	lib.	40us	VIII	lib.
19us	XV	lib.	41us	X	lib.
20us	XX	lib.	42us	VIII	lib.
21us	XVI	lib.	43us	VIII	lib.
22us	XX	lib.	44us	VIII	lib.

Digitized by Google

45us	xv	lib.	67us	x	lib.
46us	viii	lib.	68us	x	lib.
47us	x	lib.	69us	x	lib.
48us	viii	lib.	70us	c	s.
49us	vii	lib.	71us	vii	lib.
50us	xvi	lib.	72us	c	s.
51us	x	lib.	73us	x	lib.
52us	x	lib.	74us	x	lib.
53us	xv	lib.	75us	c	s.
54us	viii	lib.	76us	c	s.
55us	viii	lib.	77us	x	lib.
56us	x	lib.	78us	vii	lib.
57us	viii	lib.	79us	c	s.
58us	viii	lib.	80us	x	lib.
59us	c	s.	81us	c	s.
60us	x	lib.	82us	vii	lib.
61us	x	lib.	83us	vii	lib.
62us	x	lib.	84us	c	s.
63us	x	lib.	85us	c	s.
64us	x	lib.	86us	vii	lib.
65us	x	lib.	87us	c	s.
66us	x	lib.	88us	c	s.

EXPLICIT.

Digitized by Google

INDEX.

SECTIO PRIMA. — *Synodi dioecesanae.*

Pag.

Observatio praevia 3

CAP. I. Synodus dioecesana prima an. 1571 sub Sonnio habita. . . 6
— II. Synodus dioecesana secunda an. 1576 sub eodem episcopo habita . . . . . *ib.*
— III. Synodus dioecesana tertia an. 1610 sub Joanne Miraeo habita. 7

SECTIO SECUNDA. — *Congregationes archipresbyterorum.*

I. Observatio praevia 11
II. Series chronologica congregationum ab an. 1612 ad 1792 . . . 14

SECTIO TERTIA. — *Instructiones pastorales, mandata et edicta, aliaque documenta quibus episcopatus historia et disciplina illustrantur.*

Observatio praevia 23

I. Episcopatus erectio. 25
II. Franciscus Sonnius I episc. 28
III. Laevinus Torrentius II episc. 34
IV. Guilielmus de Berghes, III episc. 43
V. Joannes Miraeus, IV episc. 46
VI. Joannes Malderus, V episc. 56
VII. Gaspar Nemius, VI episc. 62
VIII. Marius Ambrosius Capello, VII episc. 64
IX. Aubertus Vanden Eede, VIII episc. 66
X. Joannes Ferdinandus de Beughem, IX episc. 67

Digitized by Google

Pag.

XI. Reginaldus Cools, X episc. 70
XII. Petrus Josephus de Francken-Sierstorff, XI episc. 71
XIII. Carolus d'Espinosa, XII episc. 74
XIV. Guilielmus Philippus de Herzelles, XIII episc. 76
XV. Josephus Anselmus Franc. Werbroeck, XIV episc. 78
XVI. Dominicus de Gentis, XV episc. 80
XVII. Henricus Gabriel Van Gameren, XVI episc. 83
XVIII. Jacobus Thomas Josephus Wellens, XVII episc. 86
XIX. Cornelius Franciscus de Nelis, XVIII episc. 93
XX. Vicariatus, primum absente et deinde mortuo episcopo, usque ad suppressionem episcopatus. 113

SECTIO QUARTA. — *Dioeceseos descriptio.*

CAP. I. De ecclesia cathedrali Antverpiensi. 135

I. Capitulum cathedrale B. M. V. . . . . *ib.*
II. Praepositi. 141
III. Decani. 143
IV. Archidiaconi ante erectionem episcopatus. 148
V. Archidiaconi post ejusdem erectionem. 151
VI. Archipresbyteri 153
VII. Poenitentiarii. 156
VIII. Plebania 158
IX. Seminarium episcopale 161

CAP. II. De ecclesiis collegiatis 165

I. Capitulum S. Gummari Lyrae . . . . . *ib.*
II. Capitulum S. Petri Turnhouti 170
III. Capitulum S. Catharinae Hoogstratae 174
IV. Capitulum S. Jacobi Antverpiae. 177
V. Capitulum B. M. V. Bredae 181
VI. Capitulum S. Gertrudis Bergizomae 184
VII. Ecclesia S. Waldetrudis in qua olim erectum capitulum . . . 185

CAP. III. De Abbatiis. 186

I. Abbatia S. Bernardi ad Schaldim . . . . . *ib.*
II. Abbatia S. Salvatoris Antverpiae 195

Digitized by Google

Pag.
III. Abbatia Monialium B. Mariae de Nazareth prope Lyram . . . 201
IV. Abbatia S. Michaëlis Antverpiae. 206

Cap. IV. De Monasteriis. 215

I. Monasteria Virorum. . . . . ib.
Augustiniani . . . . . ib.
Benedictini . . . . . ib.
Bogardi. 217
Brigittini 218
Canonici regulares S. Augustini 219
Capucini 220
Carmelitae calceati 221
Carthusiani 222
Cellitae sive Alexiani 223
Dominicani . . . . . ib.
Equites ordinis Teutonici 225
Franciscani . . . . . ib.
Guilielmitae 226
Jesuitae. 227
II. Monasteria Faeminarum 229
Albae sorores . . . . . ib.
Annunciatae . . . . . ib.
Begginae . . . . . ib.
Brigittinae. 230
Canonissae regulares ord. S. Augustini 231
Capucinae 234
Carmelitae excalceatae. . . . . ib.
Clarissae pauperes 235
Dominicanae 236
Hospitalariae . . . . . ib.
Nigrae sorores 238
Canonicae praemonstratenses seu Norbertinae 239
Sepulchrinae 242
Tertiariae . . . . . ib.
Ursulinae 243

Cap. V. De decanatibus et pagis 244

I. Erectio et divisio decanatuum . . . . . ib.

Digitized by Google

Pag.
II. Archipresbyteratus civitatensis 246
Plebania in ecclesia cathedrali. . . . . ib.
Ecclesia S. Jacobi. . . . . ib.
— S. Walburgis 247
— S. Georgii . . . . . ib.
— S. Andreae 248
— S. Jacobi in Arce . . . . . ib.
— S. Willibrordi . . . . . ib.
— S. Catharinae in Kiel. 249
— S. Laurentii in Marckgravelye 250
III. Decanatus ruralis Antverpiensis . . . . . ib.
Aertselaer . . . . . ib.
Austruweel 252
Berchem . . . . . ib.
Beirendrecht. . . . . ib.
Borsbeke . . . . . ib.
Brasschaet 253
Capelle . . . . . ib.
Contich . . . . . ib.
Deuren 254
Edeghem . . . . . ib.
Eeckeren 255
Etten-Hoven . . . . . ib.
'S Gravenwesel . . . . . ib.
Heymissem 256
Hoboken . . . . . ib.
Hove S. Laurentii . . . . . ib.
Lillo 257
Mercxem . . . . . ib.
Mortsel 258
Niel . . . . . ib.
Oirderen . . . . . ib.
Oirdam 259
Ranst . . . . . ib.
Schelle 260
Schilde. . . . . ib.
Schooten 261
Strabroeck . . . . . ib.
Sint Job in 't Goor. 262

Digitized by Google

Pag.
Wilmersdonck 262
Wilryck . . . . . ib.
Wommelghem . . . . . ib.
Wyneghem 263
Zantvliet . . . . . ib.
IV. Decanatus Lyranus 264
Ballaer . . . . . ib.
Beersel . . . . . ib.
Bevel 265
Boeschot . . . . . ib.
Boom . . . . . ib.
Bouchout . . . . . ib.
Broechem 266
Duffel . . . . . ib.
Emblehem 267
Ghestel . . . . . ib.
Halder 268
Halle . . . . . ib.
Heyst-op-den-Berg . . . . . ib.
Hoick . . . . . ib.
Itegem . . . . . ib.
Kessel . . . . . ib.
Lyra . . . . . ib.
Massenhoven 269
Nylen . . . . . ib.
Oeleghem 271
Pulde . . . . . ib.
Pulderbosch . . . . . ib.
Reedt 272
Rumpst . . . . . ib.
Santhoven . . . . . ib.
Viersel . . . . . ib.
Vremde . . . . . ib.
Waerloos 273
V. Decanatus Herendaliensis . . . . . ib.
Bouwel . . . . . ib.
Eyndthout . . . . . ib.
Casterlé . . . . . ib.
Gierle 274

Digitized by Google

Pag.
Grobbendonck 274
Herendalium 275
Herenthout 279
Hersselt . . . . . ib.
Hulshout 280
Lichtert . . . . . ib.
Lille . . . . . ib.
Meerbeke. . . . . ib.
Meirhout. . . . . ib.
Morchoven 281
Norderwyck. . . . . ib.
Olmen. . . . . ib.
Oolen . . . . . ib.
Poederlé 282
Thielen . . . . . ib.
Veerle. . . . . ib.
Vorst 283
Vorselare. . . . . ib.
Wechelerzande . . . . . ib.
Wickevorst . . . . . ib.
VI. Decanatus Hoogstratanus 284
Baerle. . . . . ib.
Beerse. . . . . ib.
Brecht. . . . . ib.
Calmpthout 285
Hoogstraten. 286
Loenhout. . . . . ib.
Meer . . . . . ib.
Meerle . . . . . ib.
Mercxplas . . . . . ib.
Minderhout . . . . . ib.
Nieuwemoer. 287
Oostmal . . . . . ib.
Oud-Turnhout . . . . . ib.
Ravels. . . . . ib.
Ryckevorsel 288
Turnhoutum . . . . . ib.
Vlimmeren . . . . . ib.
Vorselaer. . . . . ib.

Digitized by Google

Pag.
Welde 289
Westmal . . . . . ib.
Westwesel . . . . . ib.
Wortel . . . . . ib.
Zoersel 290
VII. Decanatus Bredanus . . . . . ib.
Alphen . . . . . ib.
Bavel 292
Beeck . . . . . ib.
Breda . . . . . ib.
Chaem . . . . . ib.
Dorst . . . . . ib.
Druysdyck . . . . . ib.
Dungen . . . . . ib.
Etten 293
Gageldonck . . . . . ib.
Galder . . . . . ib.
Gilse . . . . . ib.
Ginneken . . . . . ib.
Haga 294
Heusenhout . . . . . ib.
Leur seu Op de Leur . . . . . ib.
Merckendael . . . . . ib.
Molenschot . . . . . ib.
Oosterhout . . . . . ib.
Riel 295
Ryen seu Den Reyen . . . . . ib.
Rysbergen . . . . . ib.
Sprundel . . . . . ib.
Sundert (*magnum*) 296
Sundert (*parvum*) . . . . . ib.
Snyders-Chaem . . . . . ib.
Ter-Heyden . . . . . ib.
Ten-Houte . . . . . ib.
Teteringen . . . . . ib.
VIII. Decanatus Bergizomensis . . . . . 297.
Boudewyns-Polder . . . . . ib.
Bergae ad Zomam . . . . . ib.
Borchvliet . . . . . ib.

Digitized by Google

Pag.
Broeckhoven 297
Calfsdonck 298
Clundert . . . . . ib.
Cruyslant . . . . . ib.
De Blaeck 299
Dinteloort . . . . . ib.
Emaüs . . . . . ib.
Engelsborch . . . . . ib.
Esschen . . . . . ib.
Fynaert . . . . . ib.
Gastel 300
Halteren . . . . . ib.
Haerle. . . . . ib.
Heyninge. . . . . ib.
Hildernisse . . . . . ib.
Hoeven S. Catharinae. 301
Hoogerheyden . . . . . ib.
Huybergen 302
Nieugastel . . . . . ib.
Nieuvosmeer. . . . . ib.
Nispen . . . . . ib.
Ossendrecht . . . . . ib.
Oudenbosch 303
Polder. . . . . ib.
Prince-Land. . . . . ib.
Putte . . . . . ib.
Roosendael 304
Ruckvenne seu Rutvenne. . . . . ib.
Sant-daer-Buyten . . . . . ib.
Steenbergen . . . . . ib.
Vroenhout 305
Willemstad . . . . . ib.
Woensdrecht . . . . . ib.
Woude . . . . . ib.
IX. Parochiae et beneficia cum taxa eorumdem sub archidiaconatu Antverpiensi in ecclesia Cameracensi circa finem saeculi XIV. 306

Digitized by Google

ADDENDA ET CORRIGENDA.

—

Pag. 5, lin. 14, *Senis* lege *apud Florentiam.*

Pag. 40, lin. 31. Laevini Torrentii tabulas pro dotatione collegii Jesuitarum Lovanii nuper reperi in cod. MS. num. 16590 Bibl. reg. Bruxellensis.

Pag. 60, lin. 10, *p. 152* lege *p. 107.*

Pag. 69, lin. 21, *defendit* lege *prohibet.*

Pag. 265, lin. 12, *inter* lege *in.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PUBLICATIONS

DE LA COMMISSION ROYALE D'HISTOIRE DE BELGIQUE.

On peut s'adresser, pour tout ce qui concerne la vente, à MM. les libraires Muquardt, à Bruxelles; Sibrandi, à La Haye; Marcus, à Bonn; Techener et Franck, à Paris; Bocca, à Turin; Bohn, Rodd, Bossange et Lowel, à Londres.

Rymkronyk van Jan Van Heelu, uitgegeven met ophelderingen en aenteekeningen van J.-F. Willems; 1836, in-4° de LXIX et 611 pages, avec une planche.

Chronique rimée de Philippe Mouskés, publiée par le baron DE REIFFENBERG; t. Ier, 1836, in-4° de CCCLXXXIX et 654 pp., avec 4 pl.; t. II, 1838, in-4° de CCCXXVIII et 880 pp., avec 2 pl.; *Suppl.*, 1845, 30 pp. et une pl.

Corpus Chronicorum Flandriae, edidit J.-J. DE SMET, cathed. S. Bavonis canon., t. Ier, 1837, in-4° de LIX et 734 pp.; t. II, 1841, VII et 1008 pp., avec pl.

Brabantsche Yeesten of Rymkronyk van Braband, door Jan De Klerck van Antwerpen, uitgegeven door J.-F. Willems. Tom. Ier, 1839, in-4° de LXIX et 904 pp., avec pl.; tom. II, 1843, in-4° de XII et 780 pp., avec fac-simile.

Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg, recueillis et publiés pour la première fois par le baron DE REIFFENBERG; in-4°.

Les volumes suivants ont paru en 1844, 1846, 1847, 1848, 1854 :

Tome Ier. — Ire DIVISION. — *Partie diplomatique.* — Chartes de Namur et de Hainaut; CVI et 804 pp., avec 23 pl.

Tome IV. — 2me DIVISION. - *Légendes historico-poétiques.* — Le Chevalier au Cygne et Godefroid de Bouillon, poëme historique, avec de nouvelles recherches sur les légendes qui ont rapport à la Belgique, un travail et des documents sur les croisades; CLXXXV et 448 pp., avec une pl.

Tome V. — Suite du Chevalier au Cygne et Godefroid de Bouillon; CLXXXI et 592 pp.

Tome VI. — Suite du Chevalier au Cygne et Godefroid de Bouillon (publiée par M. BORGNET); XCVII et 556 pp.

Tome VII. — Gilles de Chin, poëme. — 3me DIVISION. *Histoires et Chroniques.* — Diverses chroniques monastiques, CXXVI et 688 pp., avec fig. et fac-simile.

Tome VIII. — Autres chroniques monastiques du Namurois et du Hainaut.

Documents relatifs aux troubles du pays de Liége, sous les princes-évêques Louis de Bourbon et Jean de Hornes, publiés par M. le chanoine P.-F.-X. DE RAM, 1844, in-4° de XXVI et 964 pages; figures.

Relation des troubles de Gand sous Charles-Quint, suivie de 330 documents inédits sur cet événement; publiée par M. GACHARD, 1846, in-4° de LXXVIII et 778 pp., avec une fig.

Chronique des ducs de Brabant, par Edmond de Dynter, avec la traduction de Jehan Wauquelin; publiée par M. DE RAM; 1854. T. I, 1re p., 650 pp.; t. II, 877 pp.

Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire, ou *Recueil de ses Bulletins :* 16 volumes, formant la 1re série, publiés de 1834 à 1850; 2me série : 7 volumes, publiés depuis 1850.

Table générale des Bulletins de la Commission royale d'histoire (1re série, t. I à XVI), rédigée par M. Ém. GACHET, chef du Bureau paléographique.

Retraite et mort de Charles-Quint au monastère de Yuste; Lettres inédites publiées d'après les originaux conservés dans les archives royales de Simancas, par M. GACHARD; in-8° : Introduction, 233 pp., 1854; t. Ier, XCII et 460 pp., 1854; t. II, CLXVI et 528 pp., 1855.

Relations des ambassadeurs vénitiens sur Charles-Quint et Philippe II, par M. GACHARD; in-8°, LXXX et 329 pp., 1855.

Revue des Opera Diplomatica de Miræus, par M. LE GLAY; in-8°, XVI et 202 pp., 1856.

SOUS PRESSE :

Collection des Voyages des souverains de la Belgique : éditeur, M. Gachard.
Chronica ducum Lotharingiae et Brabantiae, par de Dynter, t. III : éditeur, M. de Ram.
Corpus chronicorum Flandriae, t. III : éditeur, M. de Smet.
Brabantsche Yeesten of Rymkronyk van Brabant, t. III : éditeur, M. Bormans.

On peut souscrire, pour le *Recueil des Bulletins de la Commission*, chez le libraire Muquardt, à raison de 5 francs par volume.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

YC152838

Digitized by Google

Digitized by Google